(2)

AVG. HVNNAEI

# DE SACRAMENTIS ECCLESIAE CHRISTI AXIOMATA.

QVIBVS B. THOMAE AQVINATIS DOCTRINA de iiſdem Sacramentis in tertia Summæ Theologicæ parte,

*EIVSQVE SVPPLEMENTO TRADITA, A DISPVTATIONVM prolixitate ad ſummam breuitatem memoriæ gratiſſimam reuocatur:*

ADIVNCTIS SCHEMATIBVS, QVAE METHODVM, quam B. Thomas ibidem in Sacramentorum materia explicanda ſequitur, breuiter ac dilucidè ob oculos ponunt.

OPVS POST DILIGENTEM RECOGNITIONEM ATQVE caſtigationem, in lucem prodiens, & omnibus tam Catechiſmi, quàm ſacræ Theologiæ ſtudioſis vtiliſſimum.




AVGVSTAE TAVRINORVM.
Apud hæredes Nicolai Beuilaquæ. 1582.
Permiſſu, quorum intereſt.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

(2)

AVG. HVNNAEI

# DE SACRAMENTIS ECCLESIAE CHRISTI AXIOMATA.

QVIBVS B. THOMAE AQVINATIS DOCTRINA
de iiſdem Sacramentis in tertia Summæ Theologicæ parte,

*EIVSQVE SVPPLEMENTO TRADITA, A DISPVTATIONVM
prolixitate ad ſummam breuitatem memoriæ gratiſſimam reuocatur:*

ADIVNCTIS SCHEMATIBVS, QVAE METHODVM,
quam B. Thomas ibidem in Sacramentorum materia explicanda ſequitur,
breuiter ac dilucidè ob oculos ponunt.

OPVS POST DILIGENTEM RECOGNITIONEM ATQVE
caſtigationem, in lucem prodiens, & omnibus tam Catechiſmi, quàm
ſacræ Theologiæ ſtudioſis vtiliſſimum.




AVGVSTAE TAVRINORVM.
Apud hæredes Nicolai Beuilaquæ. 1582.
Permiſſu, quorum intereſt.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

# REVERENDO IN CHRISTO PATRI D. IOANNI Lindano Gertrudani Cœnobij apud Louanienſes Abbati præſtantiſsimo, & viro, cùm generis nobilitate, tum virtutis & eruditionis laude clariſsimo, Auguſtino Hunnæus S. P. D.

CVM ante annos decem in veſtro Gertrudano cœnobio, ampliſsime Præſul, quartum Sententiarum librum, in quo de Sacramentis agitur, prælegerem, idémq. argumentum ex Summæ B. Thomæ Aquinatis tertia parte diſputarem; inter alias commonitiones, frequenter meos diſcipulos ad locos communes Theologicos ſibi comparandos (in quibus tanquam in commodis quibuſdam & bene digeſtis ſcriniolis, quicquid apud vllum ſcriptorem memorabile & ſcitu dignum reperirent, ita diſponere atque repondere poſſent, vt quocunque in poſterum tempore eius vtendi ſeſe offerret occaſio, paratum haberent) cohortari ſolebam: Illud adiiciens; ſi vniuerſam Summæ Theologicæ B. Thomæ Aquinatis doctrinam (quæ ipſa tota per locos communes, eſt digeſta) mmatim & quàm paucisſimis fieri poſſet axiomatibus (omnibus ex vtraque diſputationis parte argumentis ſubtractis) comprehenderent, itáque comprehenſam omni cura atque diligantia memoriæ mandare niterentur, vtiliſsimam eos nauaturos operam, vberrimúmque ſui laboris inde fructum percepturos eſſe.

IPSE quoque, vt non modò verbis, ſed etiam opere & exemplo, iſtius generis ſtudij Theologici vtilitatem illis commendarem; cœpi ea, quæ B. Thomas in ſua Summa de ſacramentis, doctiſsimè quidem, ſed admodum prolixè, diſputat ad eum, quem iam dixi modum, contrahere: quem quidem conatum, licet frequenter grauiſsimis meæ profeſsionis Theologicæ occupationibus interruptum & intermiſſum, Deo tamen vires ſuppeditante, tandem ad optatum perduxi finem: & ita perduxi, vt plerique amici noſtri, iidémque viri doctiſsimi, quod præſtiteram ſibi magnopere placere, & ſi in lucem ederetur, fore vt hoc adminiculo, Theologiæ ſtudioſis adoleſcentibus, & laboris plurimum leuaretur, & vtilitatis non parum, tum propter rei commoditatem, tum etiam propter induſtriæ imitationem compararetur, aſſererent.

¶ QVORVM iudicium, tum quòd per ſe maximi apud me eſſet momenti, tum etiam quòd idem ipſa experientia antea compertum haberem, non potui non probare atque ſequi. Vehementer enim animum meum commouebat, quòd pleroſq; ex meis diſcipulis magnos breui tempore in ſtudio Theologico, hac, vt mihi perſuadebam, ſtudendi ratione progreſſus feciſſe animaduerterem, qui poſtea ad Baccalaureatus gradum conſcendentes, luculentum ſuæ eruditionis documentum publicè dederunt: inter quos non poſtremus erat dominus Adrianus Beaufortius tunc adoleſcens maximæ ſpei, nunc autem vir pietate ſingulari & diſciplinæ monaſticæ, tum in ſua vita inſtituenda cultor diligentiſsimus, tum in aliorum formandis moribus grauiſsimus (vt ex laudabili eius Prioratu, quo ſeptimum iam fungitur annum, omnibus eſt notum) atque optimus præceptor.

ITAQVE maiorem publicæ vtilitatis, quàm noſtri nominis, rationem habendam eſſe exiſtimantes, paſsi ſumus hanc, licet rudem adhuc, & parum pro argumenti dignitate, & noſtri ſeculi excellenti eruditione, expolitam (neque enim nobis per continuas & grauiſimas quotidianæ profeſsionis Theologicæ occupationes neceſſarium ad eam expoliendam tempus adhibere vacauit) lucubratiunculam in lucem ad communem ſtudij Theologici vtilitatem ac facilitatem promouendam, exire.

CVM autem longo iam vſu, plurimiſque doctorum hominum exemplis receptum videremus, vt eiuſmodi teneri adhuc literari fœtus, quo publicæ lucis radios facilius ferre & aduerſus obtractatorum iniurias tutiores eſſe poſsint, eximij alicuius, & auctoritatis dignitatiſque ſpectatæ viri patrocinio atque tutelæ commendentur, eique dedicentur, tam vſitatam, & tanto doctiſsimorum hominum vſu receptam celebratámque conſuetudinem, nequaquam negligendam duximus.

ITAQVE cùm multum diuque apud nos cogitantes, iſtorum tertiæ partis Summæ B. Thomæ axiomatum nunc primum prodeuntium in lucem patronum atque protectorem, cui & grata eſſent, & cuius auctoritate, nominiſque ſplendore candidis lectoribus commendatiora, & ab inuidorum maledicorumq. obtrectationibus tutiora redderentur quæreremus; tametſi non pauci tales nobis occurrerent, qui tibi tamen, reuerende Præſul, hac in parte præferendus videretur, occurrebat nemo.

MOVEBAT enim me non parum, quòd ex vniuerſo Gertrudanorum conuentu, in quo complures pietate, doctrina & gubernandi dexteritate præſtantes viros eſſe omnibus palàm eſt, te propter ſumma tua in Gertrudanum cœnobium merita, maximámque tui Prioratus, quo idem cœnobium per decem totos annos rectè ſapientérque adminiſtraſti, laudem, cæteris poſtpoſitis, Abbatem electum & confirmatum; Regia Maieſtate electionem comprobante viderem.

QVOCIRCA & meum & bonorum omnium commune gaudium (quod licet multi apud vos eodem honore digni fuerint, tibi tamen vt digniſsimo & maximè omnium idoneo hic honor ſit delatus) mea voce teſtandum, omnibuſque, quibus hunc honorem & gratum & felicem accidiſſe arbitrabar, arrepta iſtius libelli ſub tuo nomine diuulgandi occaſione, gratulandum putaui.

VESTRO igitur in primis Gertrudano cœnobio gratulor, quòd D. Philippo Hoſdenio piæ memoriæ Abbate laudatiſsimo (cuius laudes ab omnibus omnium ordinum hominibus certatim celebrantur, & celebratu digniſsimæ ſunt) orbatum, nunc ad ſuum dolorem leniendum, talem Abbatem, qui D. Philippi Hoſdenij virtutem atque laudem vel ſuperaturus, vel certè æquaturus ſperetur, ſit nactum.

TOTI quoque noſtræ Gertrudanæ parœciæ gratulor, quòd eum nacta ſit ſuperiorem paſtorem, qui Huluordienſium paſtoratu per ſex annos rectè landabilitérque adminiſtrando, maxima dedit ſuæ in parœcia gebernanda dexteritatis, atque prudentiæ documenta.

PAVPERIBVS quoque & calamitoſis omnibus eſt cui gratulari debeam: horum enim te benignum parentem atque patronum fore, in eorumque ærumnis & calamitatibus conſolandis atque ſubleuandis domini Philippi Hoſdenij anteceſſoris tui (qui hac ex re & apud Deum & apud homines ſummam conſecu-

tus eſt



tus eſt laudem) veſtigia ſecuturum eſſe, me aliiſque parœciæ optimatibus quum tibi hunc gratularemur honorem, & vt felix fauſtuſque parœciæ, totique Chriſtianæ reipub. eſſet precaremur, præſentibus & audientibus, ſpopondiſti.

HVC accedebat, quòd hoc opuſculum in veſtro cœnobio primum, dum idem argumentum apud vos diſputarem, eſſet meditatum; & quòd veſtri cœnobij religioſis adoleſcentibus, paſtoratu aliquando functuris, vtiliſsimum fore videretur.

CVPIEBAM deniquæ noſtræ amicitiæ iam inde à tua pueritia, dum ante annos triginta prima Grammátices rudimenta in florentiſsimo apud Louanienſes Caſtrenſi gymnaſio me præceptore vnà cum domino Carolo fratre tuo, nunc Parcenſi Abbate præſtantiſsimo diſceres, inchoatæ, & ab eo tempore ſemper continuatæ, manifeſtum ſempiternumque extare monumentum.

HAS ergo aliaſque ob cauſas plurimas, quas ſtudio breuitatis prætereo, iſtam tibi dicatam, ornatiſsime Præſul, lucubratiunculam, (perexiguam quidem, ſi in ea quod noſtrum eſt, tantummodo ſpectetur, ampliſsimam verò & longè maximam, ſi doctrinæ in ea incluſæ, quam à B. Thoma ſumus mutuati, pretioſiſsimus incomparabiliſque theſaurus conſideretur) & certè ab animo, tum veſtræ, tum vniuerſi veſtri cœnobij dignitatis, laudis atque vtilitatis ſtudioſiſsimo profectam, pro tui pectoris mihi à tot annis probè perſpecti candore, ac conſueta & ab omnibus prædicata humanitate, æqui bonique conſulere; méque inter ſinceriſsimos eius honoris, qui tibi paucis abhinc diebus, diuina prouidentia ita diſponente, tuiſque meritis ſuffragantibus obtigit, fautores habere digneris.

DEVS Opt. Max. ſua gratia in te largiter effundenda faxit, vt maximæ præclariſsimæque omnium bonorum de te expectationi, tum ſapiente Gertrudani cœnobij moderatione, tum religioſa & ſancta inſtitutione vitæ, vniuerſique tui muneris laudabili functione cumulatè ſatisfacias. Vale. Dat. Louanij Anno Domini M. D. LXIX. Kalendis Octobribus.

## TYPOGRAPHUS CANDIDO LECTORI S. D.

QVANDOQVIDEM ita natura comparatum eſt humanum ingenium, beneuole lector, vt de rebus nouis & ſuperficie tenus ac nomine tantùm ſibi cognitis, neque æquam exiſtimationem, & qualem eiuſmodi res merentur, concipere, neque veram & cordato viro dignam de iis ſententiam ferre queat: non inutile, neque ingratum tibi fore ſum arbitratus, ſi iſtius libelli ex noſtra officina, doctiſsicimo Theologo, & ordinario atque Regio ſententiarum Theologicarum apud Louanienſes profeſſore D. Auguſtino Hunnæo auctore, nunc primùm in lucem prodeuntis, commoda aliquot, ex multis, prolixitatis vitandæ cauſa omiſsis, breuiter hic commemorarem; ad quæ reſpiciens, & prudentius tuum de ipſo libello iudicium moderari, & eius vſu ſtatim ab initio conſpecto, quam vtilitatem omnibus pietatis ſtudioſis ſit allaturus, faciliùs ſtatuere poſſes.

1 Vt igitur ad rem veniam, Theologicæ diſciplinæ partem vnam, eamque vel præcipuam, & Sacerdotibus, omnibuſque pietatis Chriſtianæ ſtudioſis, cognitu maximè neceſſariam, in doctrina ad Sacramenta pertinente poſitam eſſe, nemo eſt, (vt mea quidem fert opinio) qui non fateatur.

Hanc partem ita breuiter atque dilucidè, & (ſi nudam tantum veritatis cognitionem requiras) ita plenè atque perfectè, talique ordine, hic libellus complectitur, vt nullum neque compendium, neque aliud quodquam ſcripti genus, vnde iſtius Theologiæ partis notitiam faciliùs & vberiùs, cum pari breuitate, Chriſtianæ pietatis ſtudioſus diſcere poſſet, extare putem.

Itaque vt claritatis, doctrinæ vtilitatis, concinnæq; diſpoſitionis nomine omnibus Theologiæ ſtudioſis eſt vtiliſsimus: ita & breuitatis cauſa (quippe in quo omni probationum, obiectionum, diſſolutionum, & aliorum cuiuſlibet generis non neceſſariorum verborum prolixitate amputata, pura & nuda B. Thomæ de Sacramentis ſententia atque doctrina fideliter exponitur) illorum vſibus, qui variis diſtenti negotijs, exiguam temporis portionem, huic ſtudio impertiri poſſunt, eum longè accommodatiſsimum eſſe, vel me tacente res ipſa loquitur.

2 DEINDE quod parui faciendum non eſt, locos communes de Sacramentis ordine conuenientiſsimo digeſtos, ad quos quicquid apud alios Eccleſiaſticos ſcriptores de hac eadem materia ſcitu dignum, & memorabile notaueris, facillimè, & cum maxima tuorum ſtudiorum vtilitate atque promotione referre queas, hic libellus ſubminiſtrat.

3 ISTA quoque huius libelli neque parua, neque contemnenda commoditas nobis videtur, quòd quæ vel apud B. Thomam, vel apud quemuis alium orthodoxum ſcriptorem, fusè de Sacramentis diſſerentem, Chriſtianæ pietatis ſtudioſus legerit, ea hic breuiter & ſummatim repetere, illorùmque memoriam renouare, atque confirmare poſsit.

4 NEQVE ad diſcentium tantummodo, verum etiam ad docentium atque diſputantium vtilitatem accommodatus eſt hic libellus.

Quum enim & à docentibus in auctore quem prælegendum ſumunt & diſputantibus in theſibus, quas defendendas ſuſcipiunt, non verborum prolixitas, ſed rerum ſententiarùmque vbertas, non rationum moles & argumentationum ambages, ſed diſtinctæ, claræ atque certæ de rebus ſingulis aſſertiones quærantur, non poteſt (mea quidem ſententia) non vtiliſsimus ipſis eſſe is liber, in quo de omnibus difficultatibus, in Sacramentorum doctrinam incidentibus quid B. Thomæ, ſummæ in Eccleſia catholica auctoritatis doctor, ſenſerit, memoriæq; prodiderit, paucisſimis atque breuiſsimis Axiomatibus, & verbis clariſsimis, appoſitiſsimis, miniméque barbaris, fideliter eſt comprehenſum.

CÆTERA huius libelli commoda, licet neque pauca, neque parua ſint; prætermittenda tamen duxi, tum quòd te, ipſo libello legendo eorum fructum decerpere potius, quàm meis verbis fidem adhibendo, magnificam de ipſo libello opinionem concipere vellem, tum etiam ne diffusè & accuratè, ea quæ minimo negotio cognoſci poſſunt perſequendo, vel tuæ diligentiæ vel iudicio tuo diffidere videar.

VALE; & noſtros in iuuanda re literaria, catholicæq; Religionis doctina pro noſtra virili portione propaganda pios conatus, ac maximos incredibileſque labores & ſumptus, tuo ſaltem fauore atque beneuolentia proſequere.

AVGV-

# AVGVSTINI HVNNAEI DE SACRAMENTIS AXIOMATA,

Vniuerſam B. Thomæ Aquinatis in tertia ſuæ Summæ parte, de ſeptem Eccleſiæ Sacramentis doctrinam, in nonaginta nouem locos communes diſtributam, breuiter & dilucidè complectentia.

ADIECTIS

*In verſiculorum interuallis, & ad marginem numeris ſibi mutuò reſpondentibus, qui quoto cuiuſque quæſtionis articulo idem apud Thomam dicatur, oſtendunt.*

## DE SACRAMENTIS IN GENERE.

De Sacramētis in genere hæc apud Thomā, & in ſequentib. axiomatib. explicantur.

- Sacramenti in genere natura & propria ratio. Quæſtione. 60.
- Sacramentorum
  - Neceſsitas. 61.
  - Effectus
    - Primarius qui eſt gratia in oībus Sacramentis. 62.
    - Secundarius. qui eſt character in tribus tantùm Sacris. 63.
  - Cauſa, ſeu auctor & miniſter. 64.
  - Numerus. 65.

### AXIOMA I.

Ex tertiæ partis quæſtione ſexageſima, quæ in octo partes diſtributa, hoc primo axiomate tota breuiter continetur.

Sacramentum eſt rei 2 ſacræ, quæ homini ſancti 2
tatem affert, 4 ſenſui expoſitum 1 ſignum, 3 quod & 4
Chriſti memoriam renouat, & futuræ beatitudinis 1
gloriā prænuntiat. 5 Atqui vt in ſingulis Sacramen 3
tis, certe & definitæ res ſignificantes, materiæ loco 5
ſunt adhibendæ, 6 7 ita certa definitaque verba, 6
quæ formæ locum teneant, iſtis rebus accedere de- 7
bent, 8 neq; illis quicquam addere aut ſubtrahere 8
licet, per quod legitimæ formæ ſenſus euertatur.

Sacramēti in genere natura & propria ratio.

### AXIOMA II.

Summa q. 61. quadrifariam apud B. Thomam diſtributæ. Sacramētorum neceſsitas.

2 Durante quidem innocentiæ ſtatu, nullis vel 2
ad ſanandam, vel ad perficiendam ſuam naturam
egebat homo Sacramentis. At poſt illum optabi-
lem ſtatū culpa primi parentis amiſſum, ſacramen-
ta hominibus neceſſaria eſſe cœperunt, 3 iis quidem 3
qui Chriſti aduentum anteceſſerunt, ad ſuam de
Chriſto naſcituro & paſſuro fidem profitendam:
4 iis verò qui poſtea fuerunt vel erunt, ad ſuam de 4
Chriſto iam nato & paſſo fidem teſtificandam, & 1 1
vtriſq; ad æternam animi ſalutem conſequendam

### AXIOMA III.

Summa q. 62. in ſex partes diſtributæ. Sacramētorum effectus principalis, qui eſt gratia.

1 Nouæ legis Sacramenta, non quidem vt cau- 1
ſæ principales, ſed vt inſtrumenta diuinæ miſeri-
cordiæ, 4 viſa ex Chriſti 5 paſsione accepta, gra- 4
tiam talem conferunt, 2 per quam vltra dona, & 5
virtutes, quoddam diuinum auxilium, ad faciliùs 2
Sacramenti finem conſequendum accedit: Vnde
perſpicuum eſt 3 gratiam in ſacramento, vt rem in 3
ſuo ſigno, & vt effectum in inſtrumento, contineri.
6 Cæterùm veteris legis Sacramenta ſalutaris qui 6
dem fidei in Chriſtum ſymbola quædam erant, at
gratiæ conferendæ nullam vim nullamque efficaci
tatem penitus habebant.

### AXIOMA IIII.

Summa q. 63. in ſex partes, vt ſuperior, diuiſæ. Sacramētorū quorundā effectus ſecūdarius, qui ē character.

1 1 Per 6 nouæ legis tria Sacramenta, Baptiſmum,
6 Confirmationem & Ordinem, ſuſcipientium ani-
2 mis ſpiritalis quidem character imprimitur, 2 qui
3 nihil aliud eſt, niſi facultas quædam 3 ſpiritalis à
Deo perfecta, & ad diuinum cultum ritè peragen-
4 dum, animæ parti intelligenti, vt 4 ſuo ſubiecto im
5 preſſa, quæ 5 nullo vnquam tempore deleri aut ob-
literari poteſt.

### AXIOMA V.

Summa q. 64. quæ in decē quæſtiones à B. Thoma diſtributa eſt.

2 2 Quemadmodum Sacramētorum auctor & inſti-
1 tutor eſt ſolus Deus, 1 ita quoque interni eorum
effectus primaria & principalis eſt cauſa, homo ve-
3 rò tantummodo miniſter. 3 Itaque Chriſtus vt
Deus quidem ſua auctoritate internum Sacramen
ti effectum, vt homo autem meritis operatur, mini-
ſteriique (principalis tamen & longè excellentiſsi-
4 mi) poteſtatem habet. 4 Hinc tametſi Chriſtus po-
teſtatem, quam in Sacramentis, vt homo obtinebat,
cum alio homine communicare potuerit auctorita-
tem tamen quam in iiſdem, vt Deus habebat, ne-
mini mortalium non magis quàm ſuam ipſius di-
uinitatem impertiri potuit. De Sacramentorum
autem miniſtris ita ſentit atque docet Catholica
6 Chriſti Eccleſia, 6 improbos peccare quidem mini
5 ſtrando Sacramenta, 5 ipſa verò Sacramenta mini-
ſtrorum peruerſitate, neque pollui, neque impedi-
7 ri: 7 licet angelis à Deo concedi potuerit, non ta-
men conceſſam eſſe, ſed hominibus duntaxat Sa-
cramentorum diſpenſationem: in ſacramentorum
9 miniſtris 9 non fidem, ſed 8 rectam intentionem
8 eſſe neceſſariam, 10 non tamen quamlibet, ſed eam
10 duntaxat quæ directè reſpicit ipſum ſacramentum.

Sacramentorū cauſa ſeu auctor & miniſter.

### AXIOMA VI.

Summa q. 65. quadrifariam diſtributæ. Sacramentorum numerus.

1 1 Septem ſunt Eccleſiæ Sacramenta, 2 hunc inter
2 ſe ordinem habentia, vt Baptiſmum primum lo-
cum tenentem Confirmatio, Confirmationem Eu-
chariſtia, Euchariſtiam Pœnitentia, Pœnitentiam
Extrema vnctio, Extremam vnctionem Odo, Or-
4 dinem verò matrimonium ſequatur. 4 Quæ qui-
dem Sacramenta licet ad hominis ſalutem promo
uendam, omnia plurimum habeant momenti; tria
tamen duntaxat ad eam ſunt neceſſaria, nimirum
Baptiſmus omnibus, Ordo Eccleſiæ, & pœnitentia
iis qui poſt ſuſceptū baptiſmum aliquo ſcelere ſeſe
3 polluerunt. 3 Cæterùm quanquam ordine quodam
naturali tertius inter Sacramenta locus Euchariſtiæ
tributus ſit, dignitate tamen & maieſtate cæteris o-
mnibus longè antecellit.

# DE BAPTISMO.

Ad cuius explicationem.

- Prius de ipſo Baptiſmo iſta quatuor tractantur.
  - de natura & propria ratione Baptiſmi. 66.
  - quis ſit idoneus Baptiſmi miniſter. 67.
  - de ſuſcipientibus baptiſmum. 68.
  - de effectu baptiſmi. 69.
- Deinde de iis quæ præparationem ad Baptiſmũ continẽt, dicituri videlicet.
  - de Circuncisione. 70.
  - de catechiſmo & exorciſmo. 71.

## Axioma VII.

Summa q. 66. in 12. partes diſtribitæ.

1 Ablutio quæ fit per aquam accedentibus ver- 1
bis præſcriptis, propriè eſt Baptiſmus, 9 ex eorum 9
numero Sacramentorum, quæ iterationem non pa-
tiuntur, 2 & in Chriſti baptiſmo, quantum ad ſuam 2
vim & Sacramenti nomen attinet; quantum verò
pertinet ad neceſſarium eius vſum, poſt Chriſti mor
tem & reſurrectionem inſtitutus. 3 Cuius materia 3
eſt aqua, 4 etiam mutationem aut mixtionem paſſa, 4
modò aquæ nomen & ſpeciem retineat; 5 forma 5
verò iſta: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij,
& Spiritus ſancti. 6 Quapropter non eſſet baptiſ- 6
mus, qui ſine peculiari Dei conceſſu in nomine
Chriſti conferretur. Cæterum de merſione iſtud te-
nendum, quamuis 8 nec trina, nec 7 vnica merſio 8
ad baptiſmum ſit neceſſaria, imò affuſio vel aſperſio 7
quæ ad baptiſmi veritate ſufficia trinam tamen mer
ſionem, niſi aut ſcandali, aut hæreticorum moris vi
tandi cauſa, ſine graui peccato omitti non poſſe. Eſt
enim conueniens iſte ritus, 10 quemadmodum & 10
cæteri, quibus in hoc ſacramento vti conſueuit Ec-
cleſia. 11 At de tribus baptiſmorum generibus; 11
quæ ſunt aquæ, ſanguinis & flaminis baptiſmus, ita
ſentit Eccleſia, vt primo effectum baptiſmi cum no
mine ſacramenti, cæteris verò duobus effectum
tantummodò, 12 eumque ſanguinis baptiſmo excel 12
lentiſsimum perfectiſsimumque tribuat.

Baptiſmi natura & propria ratio.

## Axioma VIII.

Summa q. 67. in octo q. diſtributæ.

2 Tametſi proprius & ordinarius baptiſmi mini 2
ſter, 1 non diaconus, ſed ſacerdos ſit, in ſacerdotis ta 1
men abſentia non modò diacono & clerico cuiuis,
ſed etiam 3 laico & 4 mulieri, & quod amplius eſt, 3
non 5 baptizato, neceſsitate vrgente baptizandi po 4
teſtas conceditur: peccarent nihilominus ſinguli 5
iſtorum, ſi aut extra neceſsitatam, aut alioqui ad di
gnitatem ſacerdotalem propius accedente, præſen-
te, baptizandi partes temerè inuaderent. 6 Duo quo 6
que ſimul, modò vſitatam in Eccleſia formam vter
que ſeruet, vnum eundemque hominem baptizare
poſſunt. Si verò ſuis perſonis formam accommodan
tes, pro, Ego te baptizo, dixerint: Nos te baptiza-
mus, veriſimile eſt vanum & irritum illorum cona
tum fore. De ſuſceptoribus verò iſtud tenendum,
7 ſuſceptorem aliquem velut Pedagogum eius qui 7
baptizatur abhiberi oportere, non propter Sacra-
menti neceſsitatem, ſed propter ſalutis baptizandi
curam maiorem: 8 ad munus enim ſuſceptoris per-
tinet, ſi baptizati parentes ſuo non fungantur offi-
cio, eniti vt baptizatus Catholica ſanaque fide, &
ſanctis, Chriſtianiſque moribus imbuatur.

Baptiſmi miniſter.

## Axioma IX.

Summa q. 68. in duodecim q̃ſtiones diuiſæ.

1 Omnibus in vniuerſum baptiſmus, vel qui reip 1
ſa, vel ſaltem qui 2 propoſito ſuſcipitur, eſt ad ſalu- 2
9 tem neceſſarius, & in 9 paruulis nunquam, in 3 a-
3 dultis verò ferè ſemper eſt differendus, 5 habet-
5 que ex paſsione & morte Chriſti vim tantam ad e-
radendas peccatorum, quæ inuenit, maculas, vt nul
li baptizato ſatisfactionis nomine quicquam ſit præ
4 ſcribendum. 4 Peccatores tamen quos delictorum
ſuorum pœnitet, non quos veſana libido peccandi
adhuc tenet, ſunt ad hoc Sacramentum recipiendi.
6 Licet enim hic 6 externa peccatorum confeſsio nõ
requiratur; interna tamen quæ Deo fit, & peruerſæ
vitæ prioris abominatio ad huius Sacramenti fru-
7 ctum percipiendum, 7 intentio verò baptiſmi acci-
piendi adultis etiam ad characterem ſuſcipiendum
8 eſt neceſſaria; 8 poteſt nihilominus ſine recta fide
quiſpiam baptiſmi characterem ſuſcipere, non au-
tem gratiam aut fructum eius percipere. Et licet ſi
ne mora paruulis (vt antè diximus) hoc Sacramen
10 tum impertiendum ſit, 10 non ſunt tamen baptizan
di aut Iudæorum aut aliorum infidelium liberi ra-
12 tione nondum vtens, parentibus inuitis, 12 neque
amẽtes aut furioſi, niſi vel à natiuitate ſemper eo vi
tio laborarint, vel ante ſuam amentiam, baptiſmum
11 deſiderare ſignificarint. 11 Eos verò qui in vtero
materno adhuc incluſi tenent, cùm ablui nequeant,
clarum eſt nec baptizari vllo modo poſſe.

Baptiſmũ ſuſcipientes.

## Axioma X.

Summa q. 69. in 10. partes diſtributę.

1 1 Baptiſmus omnium quæ inuenit, peccatorum
2 maculas abluit, & 2 culpam ſimul cum pœna tol-
4 lens, 4 gratia ac virtutibus decorat 6 non minus
6 infantes quam adultos, 5 mentem illuſtrat, Chriſti
5 corpori hominem inſerit, & quaſi fœcundum ad
7 proferendas ſanctas actiones reddit: 7 Regni quo
3 que cæleſtis ianuam patefacit. 3 Moleſtias tamen,
cruciatus & dolores vitæ præſentis ob multas cau-
8 ſas non aufert. 8 Porrò licet omnes eodem modo
affecti proprium & ordinarium baptiſmi effectum
æqualiter participent, in eo tamen quod vltra ba-
ptiſmi inſtitutionem diuina bonitas elargitur, ma-
gna eſt varietas, etiam ſi paria ſint baptizatorum
9 merita. 9 Iſtud quoque certum eſt, quemadmodum
menti ſinceritas & integritas ad baptiſmi ſalutares
effectus percipiendos neceſſariæ ſunt, ita fictione &
peruerſitate eoſdem effectus impediri & prohiberi.
10 10. Nihilominus tamen his impedimentis poſteà
ſublatis baptiſmus antè ſuſceptus proprios natiuoſ
que gratiæ & virtutum effectus, non ſecus quàm ſi
nullum fuiſſet impedimentum, ſortitur.

Baptiſmi effectus.

## Axioma XI.

Summa q. 70. quadrifariam diuiſæ.

1 1 Figura & præparatio quædam futuri baptiſmi
2 erat Circunciſio, 2 quæ quum fidei Chriſti confeſ-
ſionem contineret, rectè in Abrahamo, qui primus
de Chriſto naſcituro promiſsionem accepit, fuit in
3 ſtituta, 3 adiunctis ei ritibus conuenientiſsimis, vt
qui ab illo, cuius ſapientiæ nullus eſt finis, fuerant
4 dictati atque præſcripti. 4 Peccati verò originis con
donatio, aliæque gratiæ quæ in Circunciſione Iu-
dæis contingere ſolebant, non ad Circunſionis pro
priam vim, ſed ad fidem de futura Chriſti paſsione
atque morte referri debent.

Circunciſio.

## Axioma XII.

Summa q. 71. quadrifariam, vt ſuperior, diſtributæ.

1 1 Baptiſmum Catechiſmus quo doctrina fidei tra-
2 datur, 2 Catechiſmum verò exorciſmus, 3 quo ma-
3 ligni ſpiritus expellantur, ſenſusq; ad ſalutis myſte
ria percipienda aperiantur, antecedere debet; ac
4 vterque tam catechiſmus quàm exorciſmus ad 4
officium pertinet ſacerdotis, qui tamen in catechiſ-
mo tradendo, lectoris, in exorciſmis verò peragen
dis exorciſtæ vtitur miniſterio.

Catechiſmus & exorciſmus.





# DE CONFIRMATIONIS SACRAMENTO.

## Axioma. XIII.

Summa q. 72. in 12. partes diuiſæ.

1 Confirmatio rectè inter ſeptem Sacramenta nu 1
meratur, quippe quæ 5 characterem vt baptiſmus, 5
imprimit, 7 & gratiam vt cætera omnia Sacramen 7
ta, impertitur: ob idque 8 nemini idoneo eſt negan 8
da, 11 neq; ab alio quàm ab Epiſcopo adminiſtran 11
da. 2 Huius cõueniens materia eſt chriſma ab 3 Epi- 2
ſcopo conſecratum: forma verò iſta; Conſigno te 3
ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis, in no
mine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. 9 Locus au 4
tem in quo adhiberi debet, eſt frons, metus & vere 9
cundiæ ſedes. 12 Qui quidem ritus, & cæteri omnes 12
qui in hoc Sacramento fiunt, admodum ſunt con-
uenientes. 6 Et licet nemo niſi baptizatus ad Con- 6
firmationem ſuſcipiendam ſit idoneus, 10 in Con- 10
firmatione tamen vt in Baptiſmo, adeſſe oportet,
qui confirmatum erudiendi partes ſuſcipiat; non
quidem primis illis Chriſtianæ fidei erudimentis,
ſed iis artibus, quibus in Chriſtiana & ſpiritali mi-
litia ad vincendum eſt opus.

Confirmationis Sacramentum.

# DE EUCHARISTIA. IN GENERE.

Ad Euchariſtiæ explicationem iſta octo tractantur, videlicet de.

- ipſo Sacramento Euchariſtiæ. quæſt. 73.
- materia eius
  - ſpecie materiæ. 74.
  - tranſſubſtantiatione panis & vini in corpus & ſanguinem Chriſti. 75.
  - modo quo exiſtit Chriſtus in hoc Sacramento. 76.
  - accidentibus panis & vini. 77.
- forma eiuſdem. 78.
- effectibus. 79.
- accipientibus Euchariſtiam. 80.
- modo quo Chriſtus vſus eſt Euchariſtiæ Sacramento. 81.
- idoneo Euchariſtiæ miniſtro. 82.
- ritu qui debet in iſto Sacramento ſeruari. 83.

## Axioma XIIII.

Summa q. 73. in ſex partes diſtributæ.

4 Euchariſtia tametſi ob varias ſignificationes, 4
quas in ſe continet, multis nominibus rectè appel- 1
letur, 6 variiſque figuris (inter quas præcipua fuit a- 6
gni paſchalis immolatio) propter multa que com-
plectitur, fuit adumbrata, 2 vnicum tamen eſt 1 Sa- 2
cramentum, 5 multis grauiſsimiſque de cauſis à 1
Chriſto in vltima cœna inſtitutum, 3 & homini non 5
quidem ſimpliciter, ſed ex parte rei duntaxat ad ſa 3
lutem neceſſarium.

Euchariſtiæ Sacramentum.

## Axioma XV.

Summa q. 74. in octo partes diuiſæ.

1 Euchariſtiæ Sacramenti legitima materia eſt 1
panis 3 triticeus, ſiue 4 azymus ſit, ſiue fermentatus, 3
5 & vinum ex vuis expreſſum, cui dum offertur, 4
8 pauxillum aquæ; 7 non propter Sacramenti ne- 5
ceſsitatem, ſed ad populi fidelis cum Chriſto vnio 6
nem ſignificandam, admiſceri debet. 2 Quorum 8
quantitas vſu, & eorum fidelium qui hoc Sacra- 7
mentum percepturi ſunt, numero metienda eſt at- 2
que definienda.

Euchariſtiæ materia.

## Axioma XVI.

Summa q. 75. in octo partes diuiſæ.

In Euchariſtiæ Sacramento ita panis 1 in verum 1
Chriſti corpus, & vinum in verum eius ſanguinem
7 puncto 7 temporis 4 3 conuertuntur, vt poſt conſe
4 crationem 5 ſolis accidentibus remanentibus, 2 6 ni
3 hil de illorum ſubſtantia relinquatur. Vnde 8 li-
5 quet hoc pronuntiatum, Ex pane fit Chriſti cor-
2 pus, etiam ſermonis proprietate retenta, veritati eſ-
6 ſe conſentaneum.
8

Tranſſubſtantiatio.

## Axioma XVII.

Summa q. 76. in octo partes vt ſuperior diſtributæ.

1 In Euchariſtiæ Sacramento non modò ſub 1 2 v-
2 traque ſpecie & panis & vini, ſed 3 etiam ſub vtriuſ
3 que ſpeciei qualibet parte; ſiue fracta, ſiue integra
4 ſit hoſtia, totus Chriſtus cum 4 omnibus ſui corpo
5 ris dimenſionibus exiſtit. 5 Non tamen contine-
tur Chriſti corpus in hoc Sacramento vt quantitas
dimetiens in loco, ſed vt ſubſtantia ſub dimitiente
6 quantitate, 6, neque per ſe, ſed per accidens dunta-
xat, ad motum hoſtiæ de loco in locum transfertur:
7 7 nullo quoque ſenſu corporis, imò ne imaginatio
ne quidem, (vt eſt in hoc Sacramento) ſed mente
8 duntaxat percipi poteſt. 8 Quando verò per mira
culum vel caro vel puer poſt conſecrationem in
hoc Sacramento conſpicitur, cùm id remanentibus
hoſtiæ dimenſionibus, & mutatione tantùm cir-
ca colorem & figuram, aut imaginationem viden-
tis facta, contingat, credendum veritatem corporis
Chriſti etiam ſub eiuſmodi accidentibus eſſe.

Modus quo Chriſtus eſt in Euchariſtia.

## Axioma XVIII.

Summa q. 77. in octo partes diuiſæ.

In Euchariſtiæ Sacramento poſt ſtupendam ſub-
ſtantiæ panis & vini in corpus Dominicum conuer
1 ſionem, per miraculum 1 quantitas dimetiens, in
2 qua 2 cætera accidentia inhærent, non modò inco
lumis ſine ſubiecto manet, ſed etiam proprietatem
5 & munus materiæ nanciſcitur. Quapropter & 5 ge
6 nerari & 6 nutriri aliquid ex ea poteſt. 3 Quod au-
3 tem externum corpus immutet, & quòd 7 frangi
7 atque 4 corrumpi cum cæteris accidentibus queat,
4 id ex propria eius natura citra miraculum accidit.
Iſtud verò ſciendum, Chriſti corpus ſub iſtis acci
dentibus quando immutantur tamdiu remanere,
quandiu panis aut vini ſubſtantia eadem numero
8 permanſiſſet. 8 Itaque ſi in vinum conſecratum ali
quantulum alieni liquoris infundatur (modò vni-
uerſalis commixtio non fiat) ſub parte commixta
quidem eſſe deſinet, at ſub alijs partibus mixtionis
expertibus remanebit verus Chriſtis ſanguis.

Panis & vini accidentia in Euchariſtia.

## Axioma XIX.

Summa q. 78. in ſex partes diuiſæ.

1 1 Legitima & conueniens Sacramenti Euchari-
2 ſtiæ forma eſt, 2 in pane quidem conſecrando iſta,
3 Hoc eſt corpus meum: 3 In vino autem tranſmu-
tando ea quæ ſequitur: Hic eſt calix ſanguinis mei
noui & æterni Teſtamenti, myſterium fidei, qui
pro vobis & pro multis effundetur in remiſsionem
5 peccatorum. Quarum formarum verba cum 5 ve-
4 riſsima ſunt, 4 tum in admirabili panis & vini in cor
pus Dominicum efficienda conuerſione per vim
creatam ſibi inſitam diuinæ potentiæ ſunt inſtru-
6 menta. 6 Quare palàm eſt, conſecrationis panis
effectum, vini conſecrationis effectus tempore eſſe
priorem.

Euchariſtiæ forma.

## Axioma XX.

Summa q. 79. in octo q. diuiſæ.

1 1 Euchariſtiæ Sacramentum, & in præſens gra-
2 tiam impertitur, & ad 2 æternam gloriam in po-
3 ſterum conſequendam plurimum valet. 3 Licet
enim lethalia peccata quæ hominem ſcientem &
4 volentem obſtrictum adhuc tenent, non tollat, 4
venialia tamen ſola inuenta, & ea lethalia, quæ è
memoria exciderant, ex animo delet atque abluit.
5 5 Præterea, de pœna poſt culpam dimiſſam reli-
cta tantum adimit, quantus eſt vel offerentis vel
accipientis hoc Sacramentum charitatis affectus.

Euchariſtiæ effectus.

6 Præmunit ét hominem, dignè ipſum accipiẽtem, 6
veluti ſalutare quoddam pharmacum aduerſus pec
catorum ſemper impendens periculum. 7 Nec ſu- 7
mentibus modò, ſed ijs etiam, pro quibus offertur,
prodeſt. 8 Neq; venialia peccata iam præterita vim 8
eius impediunt, neq; etiam præſentia, niſi ex ea par
te duntaxat qua animum ab omnis vitij labe purũ,
ſpiritualis ſuauitatis iucunditate hoc Sacramen-
tum perfundere ſolet.

### AXIOMA XXI.

Summa q. 80. in duodecim partes diuiſæ.

Euchariſtiæ ſumptio.

1 Ex duplici Sacramenti Euchariſtię ſumendi ra 1
tione, quarum altera ſacramentalis eſt, altera ſpiri-
talis, 2 ea quæ ſpiritalis dr̃, & homini iuſto propria 2
eſt, & 11 adulto ad ſalutem neceſſaria. De ſacramen 11
tali verò ſumendi rõne hæc tenenda ſunt: 3 non ſo- 3
lùm iuſtos, ſed ẽt peccatores iſtius ſumptionis eſſe
participes, 4 qui in ea graue quidem, 5 non tamen 4
omnium grauiſſimum committunt peccatum. 6 Pu 5
blico peccatori ẽt petenti (non aũt ei cuius peccatũ 6
ſit occultum) à ſacerdote Euchariſtiam eſſe dene-
gandam: 7 eum qui Euchariſtiam accipit nocturna 7
pollutione antegreſſa, peccare, grauiter quidem ſi
eiuſmodi pollutio ex culpa lethali acciderit, leuiter
verò, ſi aliũde ſit perfecta, & neq; perpetua ſit, neq;
diuturna. : 8 Ante omnẽ cibũ & potum, (niſi mor- 8
tis, pp morbi grauitatẽ, periculum timeretur) ſumẽ-
dam eſſe Euchariſtiam: 9 Ex illis qui mente capti 9
ſunt, iis duntaxat Euchariſtiam dandam eſſe qui de
vita periclitantẽ, & antè, voluntatis huius Sacramen
ti accipiendi aliquod ſignum dederint: 10 Poſt de- 10
bitam & ſufficientẽ animi præparationem rectè ſu
mi iſtud Sacramentũ, ſiue quotidie id fiat, ſiue poſt
longius interiectum tpis interuallum, 12 Laudandã 12
eſſe illarum Eccleſiarum conſuetudinem, quæ hoc
Sacramentum, ſacerdotibus quidem ſub vtraq; ſpe
cie accipere iubent: reliquo autem populo ſub pa-
nis tantummodo ſpecie, propter effuſionis pericu-
lum, impertiuntur.

### AXIOMA XXII.

Summa q. 81. quadrifariam diuiſæ.

Euchariſtia quomodo vſus ſit Chriſtus.

CHRISTVS corpus ſuum 3 læſionibus & morti
adhuc obnoxium, & 1 ipſe ſumpſit, & diſcipulis 1
ſuis 2 vnà cum Iuda ſumendum obtulit. 4 Quo- 2
niam verò quod Chriſto ſine reſpectu ad externa 4
conuenit, idem quoq; ipſi ſub iſtius Sacramenti ve
lamine exiſtenti conuenire rectè creditur, conſe-
quens eſt ſi quis Euchariſtiam tẽpore mortis Chri-
ſti in aliquo loco ſeruaſſet, non minùs in eo quàm
in cruce Chriſtum fuiſſe moriturum.

### AXIOMA XXIII.

Sũma q. 82. in 10. q. diuiſæ.

Euchariſtiæ miniſter.

1 SACRAMENTI Euchariſtiæ conſecratio ita ſacer 1
dotis eſt propria, vt per alium confici non poſsit. 2 2
Plures quoq; ſacerdotes quorum intentio ad vnũ
temporis punctum referatur, vnã eandémq; hoſtiã
conſecrare poſſent. 10 Omniſq; ſacerdos aliquãdo 10
rem diuinam facere, & 4 poſt conſecrationem Eu- 4
chariſtiam ipſe ſumere debet. Nec modo probus ſa
cerdos, ſed ẽt 5 improbus, 7 ſchiſmaticus, anathema 5
te damnatus, hæreticus, imò ẽt 8 degradatus corpo- 7
ris & ſanguinis Dominici conſecrandi poteſtatem 8
habet: 9 qua tamen quatuor poſteriores nec ipſi vti, 9
nec alij ipſis vtentibus adeſſe ſine peccato poſſunt.
Improbi verò ſacerdotes ipſi quidem rem diuinam
faciendo peccant, cæterùm alij ipſam audiẽdo, vel
Sacramenta ab ipſis percipiendo in nullã incurrunt
culpam, modò eiuſmodi ſacerdotib. ſuæ poteſtatis
per auctoritatem Eccleſiæ non ſit adempta execu-
tio. 6 Proborum tamen ſacerdotum Miſſę, non qui 6
dem ratione conſecrationis, ſed precum meritis,
aliorum ſacerdotum Miſsis ſunt præferendæ. 3 Di- 3
ſtributio autem iſtius Sacramenti ſic ad munus ſa-
cerdotis pertinet, vt etiam diacono propter propin-
quitatem quam habet cum dignitate ſacerdotali,
ſanguinis diſtributio concedatur.

### AXIOMA XXIIII.

Summa q. 83. in ſex quæſt. diſtributæ.

Euchariſtiæ ritus.

2 2 SACRAMENTI Euchariſtię celebrationi (quę
tum propter ſuam repręſentationem, tum etiam pp
1 effectus iſtius Sacramenti, rectè. 1 immolatio Chri
ſti dicitur) conuenienter tempus ab hora tertia vſq;
ad nonam, quo Chriſtus grauiſsima tormenta fuit
3 paſſus, attributum eſt. 3 Nec minus laudanda eſt ea
conſtitutio, qua propter tanti ſacramenti reuerentia
cautum eſt, vt in loco conſecrato, cùm nulla vrget
neceſsitas; aut vrgente neceſsitate, ſaltem ſuper al
tare conſecratum cum Epiſcopi conſenſu, adhibitis
ſemper vaſis conſecratis, Hierourgiæ ſolennitas pe
ragatur. Quapropter & hæc & reliqua omnia quæ
4 in Miſſarum celebratione & 4 dicuntur & 5 fiunt,
5 magno, & ſapienti conſilio ſunt inſtituta; in 6 qua li
6 cet varia & multiplicia incommoda accidere ſo-
leant, omnibus tamen ſanctorum & cordatorum
Eccleſiæ antiſtitum prudentia occurri poteſt.

## DE SACRAMENTO POENITENTIÆ.

Sacramenti pœnitentiæ explicatio, ad ſex capita refertur: videlicet, ad

- pęnitentiã ipſam
  - quatenus eſt Sacramentum. 84.
  - quatenus eſt virtus. 85.
- effectum pœnitentiæ.
  - in remittẽdis peccatis lethalibus. 86.
  - in remittẽdis peccatis venialibus. 87.
  - de reditu peccatorum ſemel remiſſorum. 88.
  - quantum ad recuperationem virtutum. 89.
- partes pœnitentiæ
  - In genere. 90.
  - Quæ ſequuntur ex Supplemento tertiæ partis ſunt de ſumpta.
  - In ſpecie de
    - contritione.
      - quid ſit. 1.
      - de quo eſſe debeat. 2.
      - quanta eſſe debeat. 3.
      - quanto tempore durare debeat. 4.
      - de effectu eius. 5.
    - cõfeſſione, de eius
      - neceſsitate. 6.
      - natura & definitione. 7.
      - miniſtro. 8.
      - qualitate. 9.
      - effectu. 10.
      - ſigillo. 11.
    - ſatisfactione
      - quid ſit. 12.
      - an fieri poſsit. 13.
      - qualis eſſe debeat. 14.
      - quibus rebus Deo ſatisfiat. 15.
- Suſcipiens Pœnitentiæ Sacramentum. 16.
- miniſtrorum poteſtatem ad claues pertinentem, vbi agitur.
  - de clauibus videlicet de
    - ppria vi & natura clauiũ. 17.
    - effectu earum. 18.
    - miniſtris clauium. 19.
    - his in quibus rectè claues exercentur. 20.
  - excõmunicatione, videlicet de
    - eius propria vi & natura 21.
    - excõicante & excommunicato. 22.
    - communicatione cum excommunicato. 23.
    - abſolutione ab excõmunicationis vinculo 24.
  - indulgẽtiis:
    - de propria earum vi & natura, 25.
    - in quibus ſit poteſtas eas elargiendi, 26.
    - quib. indulgẽtiæ proſint. 27.
- Publicam & ſolemnem pœnitentiam. 28.

AXIO-



### AXIOMA XXV.

Sũma q. 84. in 10. partes diuiſæ.

Pœnitentia vt eſt Sacramentum.

1 POENITENTIA, qua ſecundum catholicæ 1
Eccleſiæ ritum ſacerdos tanquam Dei miniſter cõ
fitentes ſua peccata, abſoluit, verum eſt Sacramen-
tum, 7 rectè & conuenienter in noua lege inſtitu- 7
tum. 2 Cuius materia eſt, propinqua quidem, pœni 2
tentis actus, remota autem ipſa peccata: 3 forma 3
verò iſta, Ego te abſoluo in nomine Patris, & Filii,
& Spiritus ſancti. 4 In qua pronuncianda, tametſi 4
rectè, non tamen neceſſariò manus impoſitio adhi
betur. Atqui hoc Sacramentum nõ ſimpliciter ho
mini, ſed 5 ei qui peccauit, eſt ad ſalutem neceſſa- 5
rium, ſaltem ex ea parte qua interdum de commiſ
ſo peccato animi dolorem (8 quem peccator quã- 8
diu viuit ſaltem 9 habitu continuare debet) com- 9
prehendit. Itaque 6 rectè ſecunda poſt naufragiũ 6
tabula iſtud Sacramentum à ſacris Doctoribus vo-
catur. 10 Ad quam quidem tabulam non tantùm 10
ſemel, ſed quotieſcunque nouorum peccatorum
fluctibus iactatur animus, Chriſtiano confugere
licet.

### AXIOMA XXVI.

Sũma q. 85. in ſex partes diuiſæ.

Pœnitentia vt eſt virtus.

Pœnitentia ex ea parte, qua laudabilem mode-
rationẽ doloris ob peccatum commiſſum, quate-
nus in eo Dei offenſa eſt, ſuſcepti, cum propoſito
vitæ emendandæ continet, 1 virtus eſt 2 ſpecialis, 1
3 iuſtitiæ vt ſuo generi ſubiecta, 6 fide & ſpe ſecun 2
dum naturæ & temporis ordinem poſterior. Cha- 3
ritatem verò naturæ non temporis ordine ſequẽs; 6
5 cuius principium eſt timor tam ſeruilis quàm in 5
genuus, 4 ſubiectum verò pœnitentis voluntas. 4

### AXIOMA XXVII.

Sũma q. 86. in 6. partes vt ſuperior, diuiſæ.

Pœnitentiæ effectus i peccatis lethalib. delendis.

6 Pœnitentia & qua ratione eſt virtus, & magis 6
qua ratione Sacramentum dicitur, peccatum remit
tit. 1 Atque ſicut nullum eſt tantum hominis ſce- 1
lus, quod in præſenti ſeculo per Pœnitentiam de-
leri non poſsit, ita 2 nullum lethale peccatum ab 2
homine poſt vſum rationis perpetratum. ſine Pęni
tentia, ſaltẽ ea quæ virtus eſt, remittitur: fieri 3 quo 3
que non poteſt ut unum peccatum ſine aliis (ſi qua
ſint alia in eodem homine) per Pęnitentiam delea-
tur. 4 Remiſsa tamen per Pęnitentiæ Sacramentũ 4
culpa lethali, vnà cum æterna pęna illi debita, re-
manet adhuc temporalis pęnæ ſoluendæ obliga-
tio, 5 & nonnullæ prauæ ex ſuperiori peccato con 5
tractæ diſpoſitiones.

### AXIOMA XXVIII.

Sũma q. 87. quadrifariam diuiſæ.

Pœnitentiæ effectus in peccatis venialib. delendis.

Ad 1 peccati venialis remiſsionem Pęnitentia 1
aliqua ex parte, 2 non autem nouæ gratiæ infuſio 2
eſt neceſſaria. 3 Itaque per ſolam aquæ luſtralis 3
aſperſionem ex gratia proficiſcentem, peccata ve-
nialia, accedente eorum vel expreſſa, vel ſaltem ta
cita deteſtatione, remittuntur. 4 Si tamẽ in aliquo 4
homine cum grauibus culpis venialia delicta con-
iuncta eſsent, horum ſine illis remiſsio non fieret.

### AXIOMA XXIX.

Sũma q. 88. quadrifariam diuiſæ.

Peccatorũ ſemel remiſſorũ reditus.

1 Peccatum lethale ſemel Pœnitentia deletum, 1
per ſequentem capitalem culpam redit quidem, ve
rùm nõ omni ex parte, ſed ex ea duntaxat qua pri-
uationem diuinæ gratiæ, & ſupplicii æterni ſubeũ-
di obligationem cõtinebat. 2 Quod tametſi de om 2
ni capitali noxa ſequente verẽ dicatur, ſpeciali ta-
mẽ quodam modo locum habet in odio fraterno,
apoſtaſia, confeſsionis contemptu, & dolore de Pœ
nitentia prius ſuſcepta. 3 Non eſt tamen iſtud ita 3
accipiendum quaſi obſequens crimen ſemper pari
& æquali culpa atque pœna teneatur peccator qui
bus antè tenebatur, ſed ut pœna & culpa cõſequen
tis criminis, generi ipſius, & ingratitudinis illi con-
4 iunctæ magnitudini, reſpondeat. 4 Neque putan-
dum eſt ingratitudinem ſequenti crimini conne-
xam ſemper ſpeciale eſse peccatum, ſed tunc de-
mum quando ad Dei & beneficii ab eo accepti cõ
temptum ſequens delictum refertur, aliàs ingrati
tudo iſta non ſpecialis alicuius perpetratio, ſed alte
rius eſt aggrauatio peccati.

### AXIOMA XXX.

Sũma q. 89. in ſex partes diuiſæ.

Pęnitentiæ vis ad recuperãdas virtutes priùs amiſſas.

1 1 Prius amiſsæ & 4 quodammodo extinctæ per
4 peccatum uirtutes, per Pœnitentiæ Sacramentum
2 poſteà reſtituuntur, interdum æquales, 2 interdum
minores, interdum etiam maiores pro diſpoſitione
5 pœnitentis: 5 opera verò ipſarum ita reuiuiſcunt,
ut in eadẽ æſtimatione, qua antè, apud Deum ha-
3 beantur. 3 Itaque licet innocentiæ ſtatus ſemel per
ditus non reparetur, & quædam eccleſiaſticæ digni
tates ob certa facinora ſine ſpe recuperationis amit
tantur, poteſt nihilominus homo per Pœnitentiæ
Sacramentum priſtinam apud Deum recuperare
6 dignitatem. 6 Non tamẽ eouſque extendenda eſt
huius Sacramẽti vis & operatio, ut etiam mortuas
actiones (quæ ex ſuo quidẽ genere laudabiles ſũt,
ſed ex charitatis fonte & gratiæ ſtatu non promana
runt) uiuas, & ad uitam æternam promerendam ef-
ficaces reddere poſſit.

### AXIOMA XXXI.

Sũma q. 90. quadrifariam diuiſæ.

Pęnitentiæ partes in genere.

Pœnitentia qua ratione eſt Sacramentum ex
2 2 his 3 tribus conſtat 1 partibus, Animi dolore ſeu
3 Contritione, Confeſsione atque Satisfactione: 4
1 Qua ratione autem eſt virtus, has duas ſpecies ſibi
4 ſubiectas habet, Pænitentiam ante Baptiſmum, &
Pœnitentiam poſt Baptiſmum, quæ vlterius in le-
thalium & leuium culparum Pœnitentiam diſtri-
buitur.

*Quæ ſequuntur, ex tertiæ partis Summæ, quam San. Thomas morte occupatus, imperfectam reliquit, Supplemento ſunt deſumpta.*

### AXIOMA XXXII.

Sũma q. 1. Supplementi, trifariam diuiſæ.

Cõtritionis natura & propria rõ.

1 1 Contritio eſt dolor animi ob peccatum antè cõ
miſſum ſuſceptus, cum propoſito confitendi atque
2 ſatisfaciendi: qui cùm ex 2 virtute & volũtate pec
3 catum deteſtante naſcatur, 3 palàm eſt falſam & ab
ſurdam eſſe illorùm opinionem, qui putauerunt at
tritionem poſteà contritionem fieri poſſe.

### AXIOMA XXXIII.

Sũma q. 2. in ſex partes diuiſæ.

Cõtritionis obiectum.

1 1 Contritio nec pœnæ malum, nec 2 originis pec
2 catum, nec 5 alienum, nec 4 futurum, ſed propriũ
5 duntaxat, idque præteritum reſpicit delictum, ita
4 vt de culpis antè perpetratis, tam 3 venialibus quã
3 6 lethalibus, quæ conuenienti adhibita diligentia
6 occurrunt, & de aliis quo tempore in memoriam
redeunt, peccator contritionem ſuſcipere debeat.

### AXIOMA XXXIIII.

Sũma q. 3. trifariã diſtributæ.

Cõtritio quãta eſſe debeat.

1 1 Contritio in ſuperiori quidem appetitu dolo-
rem maiorem omnibus aliis doloribus, in inferio-
3 re autem ſæpenumero remiſsiorem affert, 3 qui
pro diuerſitate peccatorum nunc maior, nunc mi-
2 nor eſse debet. 2 Et licet in appetitu ſuperiore ſeu
voluntate nunquam ſit nimius, in appetitu tamen
inferiori poſſet modum excedere; proinde ita in
hac parte eſt moderandus, ut & uitæ & valetudi-

 nis

nis ad officij functionē neceſſariè ſimul rō habeat.

Summa q. 4. trifariā, vt ſuperior, diſtributæ. Contritionis tempus.

AXIOMA XXXV.

TAMETSI contritionem per 1 vniuerſum vi- 1
tæ præſentis tempus durare oporteat, 2 eamq; (qua 2
tenus per aliarum virtutum actiones permittitur)
continuam eſſe expediat, 3 nullus tamen in animis 3
à corpore ſeparatis, ad quemcūq; locum ſtatumve
peruenerint, ei relictus eſt locus.

Summa q. 5. trifariā quoq; diſtributæ. Contritionis effectus.

AXIOMA XXXVI.

1 CONTRITIO tam ea quæ Sacrī pars eſt, q̄ il- 1
la q̄ à virtute proficiſcit̄ remiſsionis peccati eſt cau
ſa: 3 Imò tantam vim habet, vt quamuis parua, ma 3
gnum ſcelus deleret; & 2 vehemēs, peccati culpam 2
ſimul cum pœna tollere poſsit.

Summa q. 6. in ſex partes diuiſæ. Confeſſio eiuſq; neceſſitas.

AXIOMA XXXVII.

1 PECCATORI qui capitali noxa obſtrictus eſt, 1
Confeſsio vel quæ reipſa extrinſecus peragitur, vel
ſaltem quæ voto (quum alterius facultas erepta eſt)
intrinſecus ſuſcipitur, eſt ad ſalutem neceſſaria. 6 6
Nec ipſe ſummus Pontifex quenquam ex hac obli
gatione, 2 quæ diuini iuris eſt, eximere pōt. 5 Li-
cet tamen iis qui graue aliquod peccatū commiſe- 5
runt, in id ipſ quod ab Eccleſia cōſtitutum eſt, eius
externam Confeſsionem differre, niſi antè aut mor
tis periculum ingruat, aut aliquid, ad quod Con-
feſsio ſit neceſſaria, faciendum incidat. 3 Alij autē 3
qui leuibus tantummodo culpis ſunt obnoxij, ad
tempus ab Eccleſia ſtatutum quidem, non tamen
ex vi ſacramenti, ſed ex Eccleſiæ præceptione vel
confiteri, vel ſaltem ſuæ conſcientiē ſtatum proprio
ſacerdoti indicare debent. 4 Cæterum vtriſq;, ne 4
alicuius in confitendo falſi criminis ſeſe inſimu-
lent, diligenter eſt cauendum.

Summa q. 7. in tres partes diſtributæ. Confeſſionis definitio.

AXIOMA XXXVIII.

2 CONFESSIO virtutis actus eſt, 3 cuius nimi 2
rum virtutis, quæ pœnitentia ſuperiùs eſt vocata, ob 3
1 idq; non incommodè ab Auguſtino ad hunc mo- 1
dum definitur, Confeſsio eſt per quam ſpe venia
latens morbus aperitur.

Summa q. 8. in 7. partes diuiſæ. Confeſſionis miniſter.

AXIOMA XXXIX.

1 TAMETSI legitima & ſacralis Confeſsio ſacer 1
doti neq; cuiuis ſed 4 proprio (paucis quibuſdā ca 4
ſi bus exceptis) neceſſariò ſit faciēda, 2 confitens tū 2
laico vrgente neceſsitate, omnium culparum; 3 nō 3
vrgente verò neceſsitate, leuiorū peccatorū veniā
à Deo conſequit̄. Caſus aūt qui excipiunt, ſunt ſu-
perioris 5 priuilegiū aut iuſſum; & mortis inſtantis 5
6 periculū: quo premente, nō modò de peccatis, ſed 6
& de cuiuſlibet excōicationis vinculo, à quouis ſa-
cerdote pœnitens abſolui poteſt. 7 Cæterum de pę 7
na ſatisfactionis loco præſcribenda, iſtud ſciendū,
quoniam in ea non modò debiti, ſed etiam reme-
dij habetur ratio, non ſemper maiori culpæ maio-
rem pœnam eſſe irrogandam.

Summa q. 9. in 4. partes diſtributæ.

AXIOMA XL.

4. Conditiones quę paſſim à Doctoribus ſacris Confeſsioni tribuuntur, ſunt in duplici differentia,
- Quædā ſunt neceſſariæ vt vera ſit & legitima Confeſſio; ex his
  - Quædam conueniūt Confeſſioni, vt eſt actus virtutis,
    - in genere, videlicet vt Cōfeſſio ſit: diſcreta. lubens. pura. fortis.
    - in ſpecie, vt videlicet Confeſsio ſit: verecunda. lachrymoſa. humilis. fidelis. nuda. ſimplex.
  - Aliæ conueniunt Confeſſioni vt eſt pars Sacramenti nimirum vt Confeſsio ſit: integra. accuſans. parère parata. ſecreta.
- Aliæ laudabiles tantummodo ſunt, & ad vberiorem ex Confeſione fructum percipiendum vtiles, videlicet vt confeſsio ſit: frequens. accelerata.

Licet inter has conditiones ponatur Confeſsionē
debere eſſe lachrymoſam & cū dolore de vita ma-
1 lè acta coniunctā, 1 Confeſsio tū ficta (id eſt) quæ
necdum depoſita peccandi voluntate fit, nō ſemper
eſt iteranda, ſed fictionis peccatū ſemper poſtea eſt
2 confitendum. 2 Quod aūt dr̄ Confeſſionē inte-
gram eſſe debere, ſic eſt accipiendum, vt pœnitens
vni ſacerdoti omnia peccata, quorum ſibi conſcius
3 eſt, verbis 3 expreſsis, non nutu, non ſcriptura, neq;
per interpretem, niſi mutus eſſet, confiteatur.

Confeſſionis quantitas.

Summa q. 10. in 5. partes diuiſæ. Confeſsionis effectus.

AXIOMA XLI

1 1 Non modò à culpa & aliqua ex parte à 2 pœna
2 ſpecialis & Sacramentalis Confeſsio pœnitentem
3 liberat, 3 verum etiam aditum illi ad cæleſte re-
4 gnū patefacit, 4 æternæq; ſalutis ſpem affert. 5 Ge-
5 neralis verò Confeſsio ſacramentalis tantam vim
habet, vt etiam lethalia crimina obliuioni inculpa
tæ tradita delere poſsit.

Summa q. 11. in 5. partes diuiſæ. Confeſsionis ſigillū.

AXIOMA XLII.

1 1 Sacerdos ea quæ ſibi ſub Confeſsionis ſigillo
2 dicta ſunt alijs detegens grauiſsimè peccat, & Sa-
3 cramenti eſt violator. 3 Atqui licet hoc ſigillum ſa
cerdotis ſit proprium, tamen ſicut Confeſsio ipſa,
ita & eius ſigillum quibuſdam caſibus cum laico
2 communicatur, 2 reſpicitq; propriè & directè qui-
dem peccata tantummodò, eaque in ſacramentali
Confeſsione audita. Sunt tamen omnia quæ per
Confeſsionem congnoſcuntur, diligenter à ſacerdo
4 te & à laico celanda. 4 Nihilominus & ſacerdoti &
laico licet, quod in Confeſsione audiuit alijs dice-
re, ſi ei à confitente id faciendi conceſſa ſit poteſtas:
5 & ſine hac poteſtate, 5 quando alia via, quod in
Confeſsione illi dictum eſt, compertum habet.

Summa q. 12. trifariam diuiſæ. Satisfactionis definitio.

AXIOMA XLIII.

3 3 Satisfactio propriè eſt illatæ iniuriæ, quemad-
modum iuſtitiæ æquabilitas poſtulat, facta compen
ſatio. Rectè quoque dicit Auguſtinus, Satisfactio-
nem eſſe peccatorum cauſas excidere, & eorum ſug
geſtionibus aditum non indulgere. Ex quarum de
1 finitionum vtraq, perſpicuum eſt, 1 virtutis, 2 iuſti
2 tiæ, nimirum, actum eſſe ſatisfactionem.

Summa q. 13. bifariā diuiſæ. Satisfacere Deo homo pōt.

AXIOMA XLIIII.

1 1 Tametſi nihil tantum ab homine reddi poſsit,
quanta eſt diuinæ maieſtatis violatio; nihilominus
tamen quando quod in ſe eſt, præſtant mortales, &
2 pro ſuis 2 & (quantum attinet ad debiti ſolutionē)
pro alienis peccatis Deo ſatisfacere poſſunt.

Summa q. 14. in 5. partes diſtributæ. Satisfactionis qualitas.

AXIOMA XLV.

1 1 Nemo poteſt vno lethali peccato retento aliud
2 per ſatisfactionem expiare, 2 opera enim, quæ alio-
qui ſatisfaciendi vim haberent, ſi animo aliquo ſce
3 lere occupato fiant, neq; tunc, neq; 3 poſteà recupe
rata charitate, quicquam ad ſatisfaciendum valent.
4 4 Non eſt tamen putandum eiuſmodi opera peni-
tus eſſe inutilia, conducunt enim tum ad præſentis
vitæ bona conſequenda & mala effugienda, tum
etiam ad honeſtarum actionum conſuetudinem ef
ficiendam. Animum quoq; ad gratiam ſuſcipien-
5 dam diſponunt; & 5 quoniam multa impediunt pec
cata, pœnas etiam tartari aliquo modo mitigare &
minuere rectè dicuntur.

Summa q. 15. trifariam diuiſæ. Satisfactoria opera.

AXIOMA XLVI.

1 1 Satisfactionis opus, laudabile, ad Dei hono-
rem ſpectans, & de genere eorum quæ pœnam in-
3 ferunt, eſſe oportet: 3 cuiuſmodi ſunt Eleemoſyna,
2 Ieiunium & Oratio, 2 afflictiones etiam, & quæ-
cunque res aduerſæ diuinitus immiſſæ, ſi forti &
patienti animo perferantur, ſatisfaciendi vim ha-
bent.

AXIO-



Summa q. 16. trifariā, vt ſuperior diuiſę. Pœnitētiæ capaces qui ſint.

AXIOMA XLVII.

1 Innocentes ea gratia quam omnes virtutes co- 1
mitātur prædit, dum adhuc in iſta uita morali ver
ſantur, pœnitentiæ habitum tantummodo: 2 beati 2
verò homines in cœleſti patria degentes, etiam eius
actum habere poſſunt. 3 At angeli ſiue boni ſint 3
ſiue mali, nec habitus, nec actus iſtius uirtutis ſunt
capaces.

Summa q. 17. trifariā diuiſæ. Clauiū definitio & diuiſio.

AXIOMA XLVIII.

1 Clauem (quæ rectè à Doctoribus definitur po 1
teſtas ligandi, & ſoluendi, qua eccleſiaſticus iudex
dignos recipere, & indignos à regno excludere de
bet) in Eccleſia eſſe oportet. 3 Eſtque iſta clauis du 3
plex, altera diſcernendi, altera iudicandi, quarum
vtraque in Deo per auctoritatem, in Chriſto per
meritum & excellentiam: in ſacerdotibus verò
Eccleſiæ ſacramentorum diſpenſatoribus, per mi-
niſterium exiſtit.

Summa q. 18. in 4. partes diſtributæ. Clauium effectus.

AXIOMA XLIX.

1 Quemadmodum aqua baptiſmalis inſtrumen 1
tum eſt inanimatum: ita ſacerdos per poteſtatē cla-
uium ſibi commiſſam, inſtrumentum eſt animatū,
quo Deus ad hominem à peccatis liberandum vti
tur: 2 nec ad culpam remittendam modò, ſed etiā 2
ad temporalem pœnam, in quam æterna commu-
tata eſt, minuendam, 3 aliamque peccati ueluti me 3
delam quandam (in qua ligādi uis potiſsimum cer
nitur) præſcribendam, clauium poteſtas ſacerdoti-
bus data extenditur: 4 quæ quidem ſumma pru- 4
dentia, & Dei uoluntate atque ordinatione mo-
deranda eſt, alioqui enim & ſuo effectu in pœni-
tente careret, & ad graue ſacerdotis ea abutentis
malum redundaret.

Summa q. 19. in ſex q. diuiſæ. Clauiū miniſtri.

AXIOMA L.

3 Ex duplici clauium differentia, illa quæ ordi- 3
nis dicitur, in 4 ſolis ac 5 omnibus, etiam improbis 4
1 nouæ legis ſacerdotibus exiſtit: 2 & in Chriſto 5
tantò excellentius, quā in ullo alio ſacerdote, quan 1
to per ſe agentis facultas, ui adiutrice inſtrumenti 2
perfectior eſt atque nobilior. 6 Iſtius tamen clauis 6
vſū ſchiſmatici, hæretici, excommunicati & degra-
dati quatenus ſubditi iis ſubtracti ſunt, priuantur.
Altera verò, quam iuriſdictionis clauem uocant,
etiam cum aliis Eccleſiæ miniſtris, qui ſacerdotes
non ſunt, communicatur.

Summa q. 20. in tres partes diuiſæ. Claues in quo exercēdę.

AXIOMA LI.

Tametſi clauiū uis & efficacitas, oēs, quantū in
ſe eſt, cōplectatur, propter iuriſdictionis tamē defe
ctum non 1 poteſt nouæ legis ſacerdos (extra neceſ- 1
ſitatis tēpus) in eo qui ſibi ſubditus non eſt, neque 2 2
etiā promiſcuè in omnib. ſibi ſubditis, clauium po
teſtatem exercere. Sunt enim quædā crimina, quo-
rum cognitionem abſolutionemque ſuperioris di
gnitatis antiſtites ſibi reſeruarunt. 3 Poſſet nihilo- 3
minus ſuperior antiſtes ad ſe abſoluendum inferio
ris ſacerdotis iuriſdictionem, poteſtatemque dila-
tare.

Summa q. 21. quadrifariam diuiſæ. Excōicationis definitio, & vis.

AXIOMA LII.

1 Rectè Doctores tradunt excommunicationē 1
ſeparationem eſſe ab Eccleſiæ cōmunione, quod
ad fructum ex ea percipiendum, & generalia eius
ſuffragia participanda attinet. Quod quidem pœ-
næ genus licet ſit grauiſsimum, 2 laudabiliter ta- 2
men à catholica Eccleſia Dei ipſius exemplo ad
frangendam improborum & rebellium hominum
contumaciam (3 etiam ſi in externis tantummodò 3
bonis alium læſerint) uſurpatur, habetque tantam
vim, ut 4 excommunicatio etiam iniuſtè irro- 4
gata ſæpenumero valeat, effectumque ſortiatur:
quando videlicet error commiſſus non tollit ſen-
tentiæ auctoritatem.

Summa q. 22. in 6. partes, diſtributæ. Excōicare, & excōicari quis poſſit.

AXIOMA LIII.

Quandoquidem ad excommunicationis ſenten
tiam ferendam opus eſt iuriſdictionis in exteriori
foro auctoritate: idcirco hoc munus exercere non
3 poſſunt, neque 3 excommunicati, neque ſuſpenſi
(quibus iſtius iuriſdictionis interdictus eſt vſus)
1 1 neque omnes ſacerdotes, 2 neque ſoli, ſed ij dun
2 taxat quibus ſecundum eccleſiaſticæ diſciplinæ le
ges iſta prouincia eſt mandata, ſiue ſint ſiue non
ſint ſacerdotes. Quia verò iuriſdictio inferiorem
4 reſpicit, hinc eſt quòd neque 4 ſeipſum, neque æ-
qualem, neque ſuperiorem quiſquam poſsit excō
5 municare. 5 Prohibet autem Eccleſia vniuerſam
populi multitudinem anathematis condemnare pę
na, ne fortè innocens cum nocente in parem inuol
6 uatur damnationem. 6 Sed iſtud mirum fortaſſe
quibuſdam videbitur, eſt tamen verum, nimirum,
eum qui ſemel è cœtu fidelium per anathematis
ſententiam eiectus eſt, ſecundò & tertiò poſſe ex-
communicari.

Summa q. 23. trifariā diſtributæ. Excōicati cōſortium fugiēdum.

AXIOMA LIIII.

1 1 Ex duplici excommunicatione, propter mino-
rem nemini cuiuſquam familiaritas aut conſuetu-
do interdicitur: at eo qui maiori damnatus eſt, fa-
miliariter vtens, etiam in rebus ad corpus pertinē-
tibus (niſi aut ſpiritalis commodi, aut obligationis,
3 aut neceſsitatis ratione excuſetur,) 3 grauiter non-
nunquam peccat, nimirum ſi conſulendo, adiuuan
do, aut aliter fauendo, criminis eius qui excommu
nicatus eſt fiat particeps, aut in rebus diuinis, aut
aliis ad Eccleſiæ contemptum cum illo ſocietatem
ineat: leuiter verò ſi quocunque alio modo quiſpiā
2 cum eodem familiaritate iungatur. 2 Pœna quoq;
huius prohibitionis violatoribus varia eſt conſtitu-
ta. Nam ſi excommunicationis ſententia etiam fa
miliariter excommunicato utentem complectatur,
aut ſi quiſpiam conſulendo, adiuuando, aut aliter
faciendo criminis particeps efficiatur, tum procul-
dubio excommunicato extra caſus ſuperiùs exce-
ptos familiariter ſe coniungens in maiorem, alii in
minorem duntaxat incurrunt excommunicationē.

Summa q. 24. trifariā, vt ſuperior diuiſæ. Excōicati abſolutio.

AXIOMA LV.

1 1 Minoris excommunicationis pœna, & maioris
quoque, ſi ea ſit a lege inflicta (ſex tantummodò
exceptis caſibus, qui fusè apud Thomam explican
tur) quiuis ſacerdos ſuum ſubditum abſoluere po-
teſt. Si verò maior excommunicatio à iudice ſit ir-
rogata, extra mortis neceſsitatem, ſolus iudex qui
irrogauit, aut eius ſuperior antiſtes illius tollendæ
2 poteſtatem habet: 2 qua, etiam illo, qui anathema-
3 te irretitus tenetur, inuito, vti poteſt. 3 Iſtud quoq;
certum eſt, ſi quis pluribus damnatus eſſet excom-
municationibus, licet interdum omnes ſimul aufe
rantur, poſſe tamen una ſublata altera manere, pręſertim ſi à diuerſis inflictæ ſint iudicibus.

Summa q. 25. trifariā quoque diuiſæ. Indulgētiarum uis.

AXIOMA LVI.

2 2 Indulgentiæ, quandoquidem ex infinito Ec-
cleſiæ theſauro depromuntur, tribus iſtis rebus cō-
currentibus, nimirum ex parte tribuentis auctori-
tate, ex parte accipientis charitate, ex parte cauſæ
pietate, legitimæ ſunt, tantùmque valent, quantum
1 valere prædicantur. 1 Quare dubitandum non eſt,
quin & pœnam ſatisfactionis loco, etiam in purga
toria perſoluendam remittendi uim habeant, &
3 pro 3 ſubſidio temporali ad ſpiritalem utilitatem
relato, laudabiliter tribuantur

Axioma

Summa, q. 26. quadrifariam distributæ.

Indulgẽtiarum largitores.

AXIOMA LVII.

1 In ſolis Epiſcopis, 2 ſiue ſint, ſiue non ſint ſa- 1
cerdotes, ordinaria reſidet indulgentias largiendi 2
poteſtas: in 3 ſummo quidem Epiſcoporum legiti- 3
mo Petri ſucceſſore plena, in aliis verò limitata. 4 4
In quibus omnibus, ſiue probi ſiue improbi ſint,
iſta poteſtas vnius eiuſdemque manet efficacitatis.

Summa q. 27. in 4. partes diſtributæ.

Indulgẽtiæ quibus profint.

AXIOMA LVIII.

1 Quicunque aliquo lethali ſcelere adhuc ob- 1
ſtricti tenentur, ij ad indulgentiarum gratiam per-
cipiendam minimè ſunt idonei: qui verò ab eiuſ-
modi ſcelere animum habent immunem, ſiue 2 mo- 2
nachi ſint, ſiue alterius cuiuſcunque conditionis
homines (4 comprehenſis etiam iis qui indulgen- 4
tias largiuntur) modò 3 conditiones in literis in- 3
dulgentiarum deſcriptas obſeruent, iſtius generis
gratiam conſequi poſſunt.

Summa q. 28. trifariã diuiſæ.

Pœnitentia ſolennis.

AXIOMA LIX.

1 Propter multas grauiſsimas cauſas laicis tam 1
viris quàm 3 mulieribus ad expianda certa crimi- 3
na, & præſertim ea quibus tota ciuitas concitatur,
publica & ſolennis laudabiliter indicitur pœniten-
tia. 2 Quæ cùm eiectionis Adami ex paradiſo ſi- 2
gnificationem, & perpetui de peccato doloris pro-
feſsionem contineat, contra eius naturam id foret
ſi iteraretur, ſæpiuſque eidem ſubeunda ſtatue-
retur.

# DE EXTREMA VNCTIONE.

In Extremæ vnctionis explicatione de iſtis quinque capitibus agitur, videlicet.
- De
  - iis quæ pertinent ad naturam, & primam inſtitutionem extremæ Vnctionis. Quæſtione 29.
  - effectu extremæ Vnctionis. 30.
  - idoneo eius miniſtro. 31.
- Cui impertiendum ſit iſtud Sacramentum, & in qua parte corporis adhibendum. 32.
- Poſſit iterari necne iſtud Sacramentum. 33.

AXIOMA LX.

Summa q. 29. in 9. partes diſtributæ.

Extremæ vnctionis inſtitutio, materia, & forma.

Extrema vnctio 1 vnum eſt 1 Sacramentum, ab 2
3 Apoſtolis quidem promulgatũ, ſed à Chriſto pri- 1
mùm inſtitutum. Cuius idonea & conueniens ma- 3
teria eſt 4 oleum oliuæ ab 6 epiſcopo 5 conſecratũ: 4
7 forma verò 9 legitima hæc 8 deprecatio: Per 6
iſtam ſanctam vnctionem, & piiſsimam ſuam mi- 5
ſericordiam, parcat tibi Dominus quicquid deli- 7
quiſti per viſum. Per iſtam ſanctam vnctionem & 9
ſuam piiſsimam miſericordiam, parcat tibi Domi- 8
nus quicquid deliquiſti per auditum. Per iſtam ſan-
ctam vnctionem & ſuam piiſsimam miſericordiam
parcat tibi Dominus quicquid deliquiſti per odo-
ratum. Per iſtam ſanctam vnctionem & ſuam piiſ-
ſimam miſericordiam parcat tibi Dominus quic-
quid deliquiſti per guſtum & locutionem. Per iſtã
ſanctam vnctionem & ſuam piiſsimam miſericor-
diam parcat tibi Dominus quicquid deliquiſti per
tactum. Per iſtam ſanctam vnctionem & ſuam piiſ-
ſimam miſericordiam parcat tibi Dominus quic-
quid deliquiſti per greſſum.

Summa q. 30. trifariã diuiſæ.

Extremę vnctionis effectus.

AXIOMA LXI.

Extremæ vnctionis Sacramentum 3 nullum im- 3
primit characterẽ, ſed valet 1 primò quidẽ & præ- 1
cipuè ad curandam animæ ex peccato lethali con-
tractam imbecillitatem, & vires firmamque valetu-
dinem ei reſtituendam: quem effectum etiam dele-
tio peccati (ſi modò inuentum ſit) neceſſariò conſe-
quitur. 2 Secundo autem loco ad medendum cor- 2
poris morbo. Non tamen ſemper hunc præſtat ef-
fectum, ſed tum demum cùm ita expedit ſuſcipi-
ẽtis ſaluti, & ipſe nullum opponit impedimentum.

Summa q. 31. in tres partes diuiſę.

Extremæ vnctionis miniſter.

AXIOMA LXII.

2 Extremæ vnctionis adminiſtratio non ad 2 dia-
1 coni munus, & multò minus ad 1 laici conditionẽ;
3 ſed ad 3 ſolius ſacerdotis pertinet officium, ſiue is
ſit, ſiue non ſit Epiſcopus.

Summa q. 32. in 7. partes diſtributæ.

Extrema vnctio quibus impertiẽda, & in qua parte corporis adhibenda.

AXIOMA LXIII.

4 Hominibus maturæ 4 ætatis, non pueris; ſanæ
3 3 mentis, non furioſis: 1 morbo aliquo, 2 in quo
1 ſit uitæ periculum: laborantibus, non ſanis: 5 neq;
2 in toto corpore, ſed in his duntaxat ſex 6 partibus,
5 oculis, auribus, naribus, ore, manibus atque pedi-
6 bus (quibus partibus etiam renes adiũgi poſſunt)
ſubminiſtrandum eſt extremæ Vnctionis Sacra-
7 mentum. 7 Si verò quempiam ęgrotum aliqua ex
iſtis partibus priuatum eſſe contingeret, tum proxi-
ma pars loco deficientis eſſet inungenda.

Summa q. 33. in duas partes diuiſæ.

Extremæ vnctionis iteratio.

AXIOMA LXIIII.

Cum extrema Vnctio non ſit ex eorum nume-
ro Sacramentorum quæ perpetuum habent effe-
1 ctum, non modò in 1 diuerſis morbis, verum etiã
2 in 2 eodem ſi diuturnus ſit, cuiuſmodi ſunt hecti-
ca & hydropiſis, iterari ſine ulla ſuæ dignitatis in-
iuria poteſt.

# DE ORDINIS SACRAMENTO.

Ad Sacramenti Ordinis declarationẽ de his quinque capit. hic diſſeritũ, videlicet de
- Ordine in genere, cuius capitis tres ſunt partes, de
  - propria natura & partibus Sacramenti Ordinis. Quæſtione 34.
  - effectu eius. 35.
  - ſuſcipientibus Ordinẽ. 36.
- Diſtinctione Ordinum. 37.
- Conferentibus Ordinem. 38.
- Impedimento initiandorum. 39.
- his quæ ſunt Ordinibus annexa. 40.

AXIOMA LXV.

*Partim ex Thoma, partim ex Eugenij quarti Decreto Armenis dato ſumptum.*

Summa q. 34. in 5. 96. diſtributæ, ordinis definitio. & partes.

Ordo 3 Sacramentum eſt Eccleſiæ 1 neceſſariũ, 3
1 in 2 quo per extremum ſignaculum interna & ſpi-
2 ritalis poteſtas ordinato conceditur. Huius porrò
5 Sacramenti 5 materia eſt illud per cuius traditio-
nem confertur Ordo: ſicut Presbyteratus traditur
p calicis cum vino, & patenæ cũ pane, porrectionẽ.
Diaconatus per libri Euangeliorum dationẽ. Sub-
diaconatus verò per calicis uacui cum patena va-
cua ſuperpoſita traditionem, & ſimiliter alii Ordi-
nes per rerum ad miniſtra ſua pertinentiũ deſigna-
4 tionem. 4 forma ſacerdotii hæc eſt: Accipe poteſta-
tem offerendi ſacrificium in Eccleſia pro uiuis &
mortuis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſan-
cti. Aliorum Ordinum formas, breuitatis cauſa,
hic omiſsas, ſi quis uidere velit, eas in Pontificali
Romano latè deſcriptas inueniet.

Summa q. 35. in 5. partes diſtributæ.

Ordinis effectus.

AXIOMA LXVI.

1 In cuiuslibet ordinis collatione, & 1 gratia gratũ
2 faciens donatur, & 2 character imprimitur: qui 3
3 characterem baptiſmi quidem ex neceſsitate, 4 cõ-
4 firmationis ex congruentia, 5 inferioris autem or-
5 dinis ex eccleſiaſtica conſtitutione antè ſuſceptum
requirit.

Axioma



Sũma q. 36. in 5. partes diſtributæ.

ordinem ſuſcipientium qualitas.

AXIOMA LXVII.

Tamerſi & 4 promouens indignum ad aliquẽ 4
ex ordinibus ſacris, & cum conſcientia peccati le-
thalis ordinem ſacrum 1 ſuſcipiens, vel 5 eo vtens 1
grauiſsimè peccet, non eſt tamen 1 vitæ bonitas ad 5
ordinis ſuſceptionem ex parte ſacramenti, ſed ex 1
parte diuini præcepti duntaxat, neceſſaria. 2 Simili- 2
ter quoque ſcripturæ cognitio in eo qui ordinem
ſuſcipit, requiritur, non quidem abſoluta, ſed quæ
ad ordinis qui ſuſcipitur munere rectè fungendum
ſufficiat. 3 Cæterùm licet virtus atque ſcientia ma- 3
ximè ordinandos, & iam ordinatos deceant: per ſe
tamen nemini ordinem præſtare poſſunt.

Sũma q. 37. in 5. partes diſtributæ.

ordinum diſtĩctio.

AXIOMA LXVIII.

Secundum 2 numerum miniſteriorum, quæ ad 2
Euchariſtiæ conſecrationem decentemque tracta-
tionem opus erant, 1 ſeptem clericorum ordines
ſunt inſtituti, è 3 quibus tres ſupremi, quòd circa
materiam conſecratam verſentur, ſacri: reliqui ve-
rò quòd in materia non conſecrata occupati ſint,
non ſacri rectè nominantur. 4 Diſtinguuntur etiã 4
iſti ordines, quòd ſingulorũ propriæ quædam ſint
& definitæ functiones: Nam oſtiarii eſt oſtiorum
templi curam gerere, ad dignos recipiendos, indi-
gnos verò repellendos: Lectoris pronuntiare le-
ctiones, & prophetarum oracula populo declarare:
Exorciſtæ ab energumenis & catechumenis dæ-
monum vexationes exorciſmis depellere. Acolyti
luminaria in ſacrario præparare, cereum geſtare,
ac vrceolos cum aqua & uino ſubdiacono miniſtra-
re: Subdiaconi, vrceolum, aquamanile, & manuter-
gium epiſcopo, presbytero & diacono ad lauãdas
manus ſubminiſtrare: epiſtolam legere, oblationes
à populo recipere, & eas uel ſuper altare collocare,
vel diacono tradere, item calicem & patenam ad
altare delata diacono dare, in calicemque uinum
& aquam infundere. Diaconi ſacerdoti aſsiſtere &
ei miniſtrare, in his potiſsimùm Sacramentis, Ba-
ptiſmo, Chriſmate, & Euchariſtia componere men-
ſam Domini, crucem ferre, Euangelium & Epiſto-
lam populo explanare, & ſanguinem Domini eidẽ
diſpenſare: Sacerdotis abſoluere, ligare, Dei dona
benedicere, & præcipuè corporis & ſanguinis Do-
mini Sacramentum conficere. 5 Qui quidem ſacer- 5
dos tum demum ſuum characterem recipit, quum
illi ſub certa verborum forma calix traditur.

Sũma q. 38. trifariã diſtributæ.

ordinem conferens.

AXIOMA LXIX.

1 Ordinis Sacramentum ſolus Epiſcopus con- 1
ferre poteſt: 2 quàm eius poteſtatem nec ſuſpenſio,
nec hæreſis (modò legitima verborũ forma, & Ec-
cleſiæ intentio ſalua maneat) tollendi uim habet.
Qui tamen à ſuſpenſo, uel hæretico ordinatur Epi-
ſcopo, propter peccati obſtaculum, quod in ipſo eſt,
gratiam non conſequitur, nec accepto ordine, pro-
pter iuriſdictionis, in eo qui ordinauit, defectum,
uti poteſt.

Sũma q. 39. in ſex partes diſtributæ.

Ordinis impedimenta.

AXIOMA LXX.

2 Pueri vſu rationis adhuc carentes, item 3 ſerui 2
qui in aliena ſunt poteſtate, 4 atque homicidæ qui 3
humano ſanguine manus ſuas polluerunt, cum 5 no- 4
this, & 6 iis qui inſigni aliqua mutilatione ſunt de- 5
formati, præcepti quidem ordinatione, non autem 6
Sacramenti neceſsitate à ſacris ordinibus arcen-
tur. at 1 mulier, neceſſaria Sacramenti ratione ab- 1
iiſdem repellitur ordinibus. Qua propter ordi-
nis Sacramentum temerè, & contra conſtitutione
nem eccleſiaſticam collatum, illi verè ſuſcipiunt:
hæc verò nequaquam ſuſcipere poteſt.

Sũma q. 40. in 7. q. diſtributæ.

ordinibus annexa.

AXIOMA LXXI.

2 Tonſura non eſt 2 ordo, neque 3 quenquam pri-
3 uat terrenas poſſeſſiones habendi poteſtate, 1 tam-
1 tamen cuiuſlibet ordinis clericos deferre oportet,
quòd regni cuiuſdam ſpiritalis, & excellentioris
perfectionis, mentiſque à caducis rebus ad diuinas
ſempiternaſque abductionis ſignificationem conti-
5 neat. 5 Similiter epiſcopatus dignitas non eſt in-
4 ter ſacros ordines numeranda. 4 Ipſa tamen pro-
pter populi ad Euchariſtiam ritè ſuſcipiẽdam præ-
6 parationem, & ſummi pontificis auctoritas (6 quæ
eſt epiſcopatu ſuperior) propter Chriſtianorũ uniõ-
nem, eorumque in unum corpus colligationem,
7 Eccleſiæ eſt neceſſaria. 7 Porrò ſi quis fortè mire-
tur veſtium quibus utuntur Eccleſiæ miniſtri va-
rietatem, is ſciat nonnulla eſſe officia omnibus Ec-
cleſiæ miniſtris communia, alia verò certis ordini-
bus peculiariter conuenientia, & ad id deſignandũ
quædam veſtium genera communiter omnibus,
alia verò certis ordinibus fuiſſe tribuenda.

# DE MATRIMONIO.

Tractatio de Matrimonio tria sũt capita, hæc videlicet
- Matrimonium quatenus eſt naturale officium. q. 41.
- Matrimonium quatenus eſt Sacramentum. 42.
  - Sponſalibus 41.
  - Matrimonii propria ratione. 44.
  - Matrimonii cauſa efficiẽte ſeu conſenſu
    - conſenſu in genere. 45.
    - conſenſu iureiurando, vel corporum commixtione firmato. 46.
    - conſenſu coacto & conditione reſtricto. 47.
    - conſenſu obiecto. 48.
  - Bonis quæ oriuntur ex matrimonio. 49.
- Matrimonium quatenus ab ſolutè & ſecundum ſe conſideratur, ad cuius explicationẽ diſputatur de
  - Matrimonii impedimẽtis, vbi agitur de
    - impedimentis in genere. 50.
    - error impedimento. 51.
    - conditionis, ſeu ſeruitutis impedimento. 52.
    - voti & ordinis impedimento. 53.
    - propinquitatis impedimento. 54.
    - affinitatis impedimento. 55.
    - cognationis ſpiritalis impedimento. 56.
    - cognationis legalis, quæ per adoptionem fit, impedimento. 57.
    - frigiditatis, maleficii, furiæ & amentiæ impedimento. 58.
    - diſparitate cultus, quæ matrimonium impediat. 59.
    - vxoris interfectione. 60.
    - voti ſolennis impedimento. 61.
    - fornicatione alterius coniugum. 62.
  - Secundis nuptiis. 63.
  - Quibuſdam quæ ſunt matrimonio annexa.
    - debiti redditione. 64.
    - pluribus vxoribus. 65.
    - defectu, qui irregularitas uulgò appellatur, per bigamiam contracto. 66.
    - libello repudii. 67.
    - filiis illegitimè natis. 68.

Sũma q. 41. in 4. partes diſtributæ.

Matrimonium ut eſt naturale officium.

AXIOMA LXXII.

1 Quanquam matrimonium iuris ſit 1 naturalis,
3 eiuſque actus non modò 3 licitus, ſed etiam frequẽ-
4 ter laudabilis ſit 4 præmioque dignus, quando ni-
delicet aut debiti reddendi, aut prolis ad Dei cul-
2 tum generandæ cauſa ſuſcipitur: 2 nemo tamen
his

his temporibus ad matrimonium contrahendum
vllius præcepti neceſſitate obligatur.

Axioma LXXIII.

Summa q. 42. in 4. partes diuiſæ.
Matrimonium ut eſt Sacramentum.

2 Matrimonium diuerſarum rerum, quæ in eo 2
concurrunt, reſpectu, diuerſis temporibus fuit inſti
tutum: Nam ſi reſpicias filiorum procreationem, in
nocentiæ ſtatu: ſi remedium aduerſus peccati uul-
nus, medio inter Adæ lapſum & Moyſi legem tē-
pore: ſi certarum perſonarum matrimonio idonea-
rum definitionem, in vetere lege: ſi myſterium con-
iunctionis Chriſti cum Eccleſia, in noua: ſi amici-
tiam & mutuum coniugum inter ſe obſequium, in
ciuili lege ſuam accepit originem. Atqui ſecundū
omnes iſtas inſtitutiones, prima & poſtrema exce-
ptis, matrimonium rectè 1 Sacramentum vocatur.
Secundum illam verò inſtitutionem quam Euan-
gelii tempore accepit, nouę legis eſt Sacramentū, 3 3
gratiam ad ea quæ matrimonii ſunt, rectiùs peragē
da conferens: 4 cuius, ſicut & aliorum matrimonii
generum, ſecunda perfectio quæ in operatione cō-
ſiſtit, non autem prima quæ in exiſtendo poſita eſt,
ſexuum commixtionem deſiderat.

Axioma LXXIIII.

Summa q. 43. trifariā diuiſæ.
Sponſalia.

1 Sponſalia nihil aliud ſunt, niſi futurarum ſpon 1
ſio nuptiarum, ad quæ 2 contrahenda idonei ſunt 2
qui ſeptimum ætatis ſuæ annum vel attigerunt vel
tranſierunt. 3 Diſſoluuntur autem propter uarias 3
cauſas: iure quidem propter duas, nimirum propter
fidem matrimonii in præſens alteri datam, & mo-
naſtici inſtituti profeſſionem: at Eccleſiæ iudicio
propter alias plurimas, quas longum foret enume-
rare.

Axioma LXXV.

Summa q. 44. in tres partes diſtributæ.
Matrimonii definitio.

3 Matrimonium rectè à Magiſtro definitur eſſe 3
viri mulieriſque, maritalis 1 coniunctio, inter legiti
mas perſonas, indiuiduam vitæ retinens conſuetu
dinem: 2 congruumque ſuo effectui ſortitum eſt 2
nomen: ob id enim nubit fœmina vt aliquādo ma-
ter fiat. Vocatur etiam coniugium & nuptiæ. Cō
iugium quidem à ſua natura: nuptiæ verò à cauſa
efficiente.

Axioma LXXVI.

Summa q. 45. in quinque partes diuiſæ.
Matrimonii conſenſus.

Mutuus inter virum & fœminam 4 conſenſus, 4
2 verbis tempus 3 præſens deſignantibus, ſiue pa- 2
làm ſiue 5 clàm expreſſus, vera eſt matrimonii 1 cau 3
ſa efficiens. 5
1

Admonitio.

Hic & in ſequenti Axiomate aduertendum eſt, Clandeſtina matrimonia, rata quidem & firma fuiſſe, quamdiu ab Eccleſia nō fuit eorum vis & efficacitas ſublata: poſt editam verò Tridentini concilii de ipſorum abolitione, & eneruatione ſanctionem (quā videre licet ſeſſ. 24. de reformatione matrimonii capite primo) omnem uim veri & Chriſtiani matrimonii efficiendi amiſiſſe. Decretum ſiquidem ea conſtitutione eſt, nullum matrimonium, niſi quod præſente parocho vel alio ſacerdote, de ipſius parochi ſeu ordinarii licentia, & coram duobus vel tribus teſtibus celebratum ſit, uerum & ratum matrimonium eſſe habendum.

Axioma LXXVII.

Summa q. 46. bipartitò diuiſæ.
Matrimonii cōſenſus iureiurando vel corporum cōmixtione firmatus.

1 Iuſiurandum conſenſui per verba temporis fu 1
turi declarato accedens non efficit matrimonium:
2 at ſexuum commixtio ſi talem conſenſum ſubſe- 2
quatur (niſi apertum fraudis appareat argumen-
tum) in Eccleſiaſtico foro ratum & firmum matri
monium reddit, licet ſecundum conſcientiæ forū,
nullum ſine uero uoluntatis aſsenſu, coaleſcat ma
trimonium.

Axioma LXXVIII.

Summa q. 47. in ſex partes diſtributæ.
Matrimonii conſenſus coactus & ſub conditione expreſſus.

2 Conſenſus metu in 2 conſtantem uirum caden-
1 te 1 extortus 3 tollit matrimonium, tam ex parte 4
3 cogentis, quàm ex parte illius qui cogitur. 6 Imò
4 neque pater ex ſua auctoritate filium ad uxorem
6 ducendam compellere poteſt. 5 Suſpenſus verò
5 per conditionem appoſitam conſenſus, interdum
non efficit matrimonium. Nam ſi tempus præſens,
reſpiciat appoſita conditio (ſiue honeſta ſit, ſiue tur
pis, modò matrimonii bonis non repugnet ſi adſit)
ſimiliter ſi conditio ſit neceſſaria, quodcunque tem
pus reſpiciat, efficiendi matrimonii vim habet. Si
verò in genere rerum fortuitarum eſſet conditio,
& ad tempus futurum referretur, conſenſus ſub
eiuſmodi conditione expreſſus ad copulandū ma-
trimonium non ſufficeret, non magis quàm ſi ver-
bis temporis futuri eſſet expreſſus.

Axioma LXXIX.

Summa q. 48. bifariā diuiſæ.
Matrimonialis cōſenſus obiectū.

2 2 Matrimonialis conſenſus (1 cuius proprium
1 & primum obiectum eſt, non ſexuum commixtio,
ſed ſocialis cōiugatio) propriè & per ſe ſpectat pro
lis generationem, & fornicationis uitationē: alios
autem fines ſiue honeſtos ſiue turpes, quos in ma-
trimnnio contrahendo ſibi proponunt coniuges,
impropriè & fortuitò, ita ut iſti fines ad coniugum
quidem, non autem ad coniugii bonitatē, aut pra-
uitatem redundent.

Axioma LXXX.

Summa q. 49. in ſex partes, diſtributæ.
Matrimonii bona.

2 Ex trib. matrimonii bonis, 2 fide uidelicet, pro
1 le, & Sacramento, quibus excuſatur 1 matrimoniū
4 eiuſque 4 actus, 3 Sacramentum primas obtinet
3 partes. 5 Sunt autem iſta matrimonii bona, ſaltem
5 proles & fides, ſub qua comprehenditur debiti per
ſolutio, ad honeſtatem actus matrimonialis adeò
6 neceſſaria, ut is qui 6 rem habet cum uxore ſolius
voluptatis & libidinis explendæ cauſa, ſemper pec
cet: lethaliter quidem, ſi is libidinis ardor etiam
extra matrimonii terminos feratur, leuiter uerò, ſi
intra matrimonii fines contineatur.

Axioma LXXXI.

Summa q. 50. quę unica eſt.
Matrimonii impedimenta in genere.

Contrahendum matrimonium impedit eccleſiæ
prohibitio, & id tempus quod feriatum uocare ſo-
lent, contractum verò dirimunt, quæ ſequentibus
verſiculis continentur.

*Error, conditio, votum, cognatio, crimen,*
*Cultus diſparitas, vis, ordo, ligamen, honeſtas,*
*Si ſis affinis, ſi fortè coire nequibis.*

In quib. ne quis iā fallatur poſt editas concilii Tridentini ſanctiones, videatur totū decretū de reformatione matrimonii, ſeſſ. 24.

Axioma LXXXII.

Summa q. 51. bifariā diuiſæ.
Matrimonium impediēs error.

2 Tam in 2 perſona, quàm in ipſius condition e
1 commiſſus error, 1 naturaliter impedit quo minu s
coaleſcat matrimonium.

Axioma LXXXIII.

Summa q. 52. quadrifariam diuiſæ.
Matrimonium impediens ſeruitus.

2 2 Quanquam ſeruo ad ducendam uxorem nō ſit
1 neceſſarius domini conſenſus, 1 ignorata tamē ſer-
uitutis conditio, contractum extrinſecùs matrimo-
3 nium nullum reddit. 3 Poſset nihilominus qui li-
ber matrimonium contraxiſset, citra eius diſsolu-
tionem, ſeſe alteri etiam inuita uxore in ſeruitutem
4 mancipare. 4 Porrò ſobolem ex diſparis conditio
nis parentibus natam, ciuiles leges, quibus eccleſia
ſticæ aſsentiuntur, ſtatuunt in iis quæ ad perſonæ
conditionem pertinent, matrem: in aliis verò quæ
dignitatis ſunt, patrem ſequi debere.

Axioma



Axioma LXXXIIII.

Summa q. 53. quadripartitę.
Matrimonium impediens uotū & ordo.

Contracti iam matrimonii dirimendi uim, non
quidem 2 ſimplex, ſed 1 ſolenne votum habet. 4 Et 2
licet à matrimonio, etiam adhuc conſtante, ad ſa 1
cros ordines aditus concedatur: retro 3 tamen à ſa 4
cris ordinibus (propter uotum continentiæ illis an 3
nexum) ad matrimonium commeare nequaquam
licet.

Axioma LXXXV.

Summa q. 54. quadrifariam diuiſę.
Matrimonium impediens cōſanguinitas.

1 Sanguinis propinquitas, ſeu (vt vulgò appella 1
tur) conſanguinitas nihil aliud eſt niſi uinculum
quoddam eorum, qui ab eodem ſtipite ſiue princi
pio deſcendunt, corporali propagatione contractū,
2 certiſque gradibus atque lineis diſtinctū: 3 quòd 2
extrinſecus celebratum matrimonium dirimit, iu- 3
re quidem naturali inter parentem & eius prolem,
veteri autem lege inter eas perſonas ad quarum al
teram alterius pudicitiam cuſtodire pertinet: 4 & 4
eccleſiaſtica conſtitutione inter illas, inter quas eſt
in linea tranſuerſa citra quintum gradū ſanguinis
coniunctio atque communio.

Axioma LXXXVI.

Sūma q. 55. in 11. partes diſtributæ.
Matrimonium impediens affinitas.

Affinitas eſt propinquitatis quoddam genus ex 1
1 matrimonio, concubitu 3 illicito, vel 4 ſponſali- 3
bus (5 non autem ex alia affinitate) contractum, & 4
ad mortem 2 vſque inter perſonas quas ſemel con 5
iunxit permanens: 6 quod matrimonium non ſe- 2
cus ac ſanguinis propinquitas impedit atque 9 diri 6
mit, 7 gradibus, eorumque diſtinctione & 8 ex- 9
tenſione à ſanguinis propinquitate ſumptis. In 7
qua quidem diremptione facienda, & 10 accuſa- 8
tionis & 11 teſtium productionis ritu procedere o- 10
portet. 11

Axioma LXXXVII.

Summa q. 56. in 5. partes diuiſæ.
Matrimonium impediēs cognatio ſpiritalis.

Spiritalis cognationis, quæ partim ex 2 Baptiſ- 2
mi, partim ex Confirmationis Sacramento naſci-
tur, tres ſunt ſpecies, his nominibus apud eccleſia-
ſticos ſcriptores vſitatis appellatæ, ſpiritalis paterni
tas, compaternitas, & ſpiritalis fraternitas. 3 E qui- 3
bus paternitas inter ſuſceptorem & baptizatū ſeu
confirmatum, item inter baptizantem ſeu confirmā
tem, & eum qui baptizatur ſiue confirmatur: 5 Cō 5
paternitas inter ſuſceptorem, ſiue baptizantem aut
cōfirmantem, & baptizati vel confirmati parentes:
fraternitas verò inter baptizatum ſeu confirmatū
& ſuſceptoris naturales liberos exiſtit. 4 Trāſeunt 4
que omnes iſtæ cognationis ſpecies à uiro ad vxo
rem, & è diuerſo ab uxore ad uirum, conſummato
iam matrimonio accedentes, & propria operatio-
ne accerſitæ: 1 impediuntque matrimonium con- 1
trahendum, ac iam contractum dirimunt ipſum cō
nubium antegreſſæ, conſequētes verò nequaquā.
Sed ſi de induſtria nulla neceſſitate cogente per
coniugum alterum cum altero contrahantur, iure
tantummodo debiti exigendi, eum per quem ſunt
contractæ, priuant.

Admonitio.

Quantum ad ſpiritualem cognationem attinet, concilium Tridentinum paternitate & compaternitate propria actione contracta, ut antè erat relicta, fraternitatem quæ inter baptizatum vel confirmatum, & ſuſceptoris vel baptizantis aut confirmantis filios antè contrahebatur, ac ſimul tranſitum ſpiritalis cognationis à viro ad uxorem, & contrà, ſuſtulit.

Axioma LXXXVIII.

Summa q. 57. tripartitæ.
Matrimonium impediēs cognatio ciuilis.

1 Adoptio eſt perſonæ extraneæ in filium, filiā, 1
nepotem aut neptem legitima cooptatio. Vnde 3 3
triplex naſcitur cognatio ciuilis, prima inter ado-
ptantem & adoptatum eiuſque poſteros: ſecūda in
ter adoptatum & naturalem filium aut filiam ad-
optantis: tertia verò inter vxorem adoptantis & ad
optatum, vel inter vxorem adoptati & patrē ado-
2 ptantem. E 2 quibus prima & tertia ſemper, ſecun-
da verò quandiu adoptatus eſt in poteſtate illius à
quo eſt adoptatus, matrimonium impedit.

Axioma LXXXIX.

Summa q. 58. in quinque parte, diſtributæ.
Matrimonium impediēs frigida natura, maleficium, amentia, inceſtus, ætas immatura.

1 Et 1 propter frigiditatem naturæ, non ætatis de-
2 fectu euenientem, & propter eam quæ 2 maleficio
contracta eſt coeundi perpetuam impotentiam,
triennii experimento comprobatam, Eccleſiæ au-
ctoritate ſeparantur coniuges, ſed in ſeparatione
propter impotentiam ex maleficio ortam, vtrique
coniugum, in altera verò fœminæ tantùm, libera
conceditur ad nouum connubium tranſeundi po-
1 teſtas: 1 ita tamen ut ſi quando priori uiro coeundi
facultatem reſtitui contingat, poſteriori relicto, ad
priorem uirum ea fœmina redire debeat. Matrimo
nium quoque impediunt & contractum dirimunt
3 3 amentia perpetua, & ea quæ rationis uſu tempo-
4 re matrimonii ſuſcipiendi mentem priuauit. 4 Si-
militer inceſtus cum futuræ vxoris ſorore, vel an
te ſponſalia, vel medio inter ſponſalia & matrimo-
nium tempus commiſſus: poſt verò conſecutus, nō
dirimit cōſtans iam matrimonium, ſed eum à quo
commiſſus eſt, iure debiti petendi priuat, atque ei-
dem ne aliam vxorem ducat, priore mortua ab Ec-
5 cleſia interdicitur. Item ætas 5 immatura, cuiuſmo
di in maſculis citra decimumquartum annum, in
fœminis verò citra duodecimum, (niſi iudicii vi-
gor quod ætati deeſt, compenſet) eſſe ſtatuitur.

Axioma XC.

Summa q. 59. in ſex partes diſtributæ.
Matrimonium impediēs cultus diſparitas.

1 1 Tametſi fidelis cū infideli neque ratum neq;
2 legitimum matrimonium contrahere poſſit, 2 nihi
lominus tamen uerum eſt id matrimonium quod
3 inter ſe celebrant infideles. 3 Ita tamen ut ſi con-
tingat alterum coniugum, altero fidem amplectē
4 te, in errore ſuo permanere, 4 neque ad debitum
reddendum, neque ad cohabitationem ferendam,
3 is qui fidem amplexus eſt teneatur (3 retenta inte-
5 rim utriuſque faciendi poteſtate.) Et quod 5 am-
plius eſt, ſi eius qui infidelis manet, peruerſitas vſ-
que ad obſtinatam creatoris contumeliam proce-
deret, fidelis priori diſſoluto, noui matrimonii ſu-
ſcipiendi poteſtatem haberet, quæ nec ob aliam
6 infidelitatem, 6 nec ob aliud quodcunque ſcelus
concederetur.

Axioma XCI.

Summa q. 60. bifariam diuiſæ.
Matrimonium impediēs uxoris interfectio.

1 1 Vxorem in adulterii actu deprehenſam interfi
cere etiam priuata auctoritate mariti dolori ciuiles
quidem leges concedunt: at eccleſiaſticæ in hoc fa
cinore puniendo, quemadmodum in aliis, publicā
auctoritatem expectandam, & iuſtitiæ zelo, nō vin
dictæ ſumendæ, aut odii explendi animo procedē-
dum eſſe cenſent, eam quæ priuate fit auctoritate
vxoris necem ſummopere improbantes, & in letha
libus criminibus numerantes: ob idque decernūt
2 2 matrimonium contrahendum reſpectu cuiuſuis
mulieris, eiuſmodi ſcelere impediri, & cōtractum
cum pellice, cuius ducendæ ſpe iſtud ſcelus patra-
tum eſſet, dirimi.

Axioma XCII.

Summa q. 61. in tres partes diſtributæ.
Matrimonium diſſolui voto ſolenni.

2 2 Quemadmodum corporali morte diſſoluitur
corporale matrimonii vinculum, ita ſolenni profeſ
ſione monaſtici inſtituti, quæ eſt quoddam ſpirita-
lis mortis genus, diſsoluitur ſpiritale matrimonii
vinculū, quod eſt inter coniuges, matrimonio non
dum conſummato. Proinde vtrique coniugum an
te corporum coniunctionem ad religioſum vitæ
3 inſtitutum tranſeundi, & 3 ei qui in ſeculo relictus
eſt,

eſt,cui uult nubendi,libera conceditur poteſtas. 1 1
Matrimonio autem iam conſummato, neutri religioſum ſeu monaſticum vitæ inſtitutum ſuſcipere, neutri ad nouas tranſire nuptias,altero uiuente, licet.

### Axioma xciii.

Sũma q. 62. in ſex partes diuiſæ. Diuortiũ ob fornicationem tempore Euãgelii.

1 Vxorem fornicatam marito, quo ad torum at 1
tinet, 3 priuato iudicio:quod ad cohabitationẽ ve- 3
rò pertinet, eccleſiæ auctoritate dimittere (paucis
exceptis caſibus) ſemper conceditur, non autem
2 præcipitur,niſi fortè uxor obſtinatè vellet in ſuo 2
flagitio permanere. Eodem iure 4 vxori quoque 4
aduerſus uirum adulterum uti licet. 5 Cæterùm di 5
uortio iam facto,utrique coniugũ,altero viuo, præ
cluſus eſt ad nouas nuptias aditus, non autem ad
6 ipſorum inter ſe reconciliationem,modò adſit in 6
eo, qui ſua culpa repudiationem meruerat,prioris
vitæ emendatio.

### Axioma xciiii.

Sũma q. 63. bipartitæ. Secundæ nuptiæ.

1 Secundas nuptias,imò etiam tertias, reliquaſ- 1
que deinceps, & licitas eſſe, quòd ſuperius matrimonii uinculum alterius coniugis morte ſit ſublatum,& 2 Sacramenti dignitatem nõ minùs quàm 2
primas obtinere,quòd in iis materia formaque legitima matrimonii cernatur, tradunt probatiſſimi quique catholicæ veritatis doctores.

### Axioma xcv.

Sũma q. 64. in 7. partes diſtributæ. Matrimonialis debiti perſolutio.

1 Non modò apertè poſcenti, 2 ſed etiam aliquo 1
ſigno indicanti debet uterque coniugum ex 3 æ- 2
quo(incolumitate & honeſtate ſalua)alteri, etiam 3
7 tempore ſacro(licet tunc petens leuiter 5 ſaltem 7
6 peccet)matrimoniale debitum perſoluere: 4 ob 5
idque neuter eorum ſine alterius conſenſu,talis cõ 6
tinentiæ uoto,quo iſtius debiti perſolutio impedi 4
retur,ſe obſtringere poteſt.

### Axioma xcvi.

Sũma q. 65. in ſex partes diuiſæ. Polygamia.

1 Quanquam matrimonii ſecundario fini repu- 1
gnet vxorum multitudo,eaque ratione à naturali
lege nonnihil deflectat, 2 primis tamen tempori- 2
bus diuina diſpenſatione quibuſdam multas ducere & ſimul habere uxores fuit conceſſum. At

5 5 concubinam,cum qua nullum matrimonii ius in
3 tercederet,habere,quòd id 3 primario matrimonii
fini,prolis nimirum educationi obſit, legique naturali uehementer aduerſetur, nullo vnquam tempore licuit,ſed hominum ita congregatorum ſocieta-
4 tem impiam,eorumque 4 congreſſus nefandos & in lethalibus peccatis numerandos, ſemper iudicauit Dei eccleſia.

### Axioma xcvii.

Sũma q. 66. in 5. partes diſtributæ. Irregularitas.

1 1Secundum matrimonium ſiue iuxta, ſiue con-
2 tra 2 leges,ſiue 4 ante,ſiue poſt baptiſmum, ſuſce-
4 ptum: 3 item primũ cum ea quæ uirgo non ſit con
3 tractum, uirum à ſacris clericorum ordinibus repellit, ſeu (ut trito vtar verbo) irregularitatem af-
5 fert, 5 quæ tamen diſpenſatione, quòd humani ſit iuris,tolli poteſt,à ſummo quidem pontifice reſpectu omnium,ab aliis verò epiſcopis reſpectu inferiorum ſeu minorum ordinum.

### Axioma xcviii.

Sũma q. 67. in 5. partes diſtributæ. Repudii libellus tẽpore legis.

1 Quamuis 1 matrimonium natura ſit indiſſolu-
2 bile, 2 cadit nihilominus ſub diuinam diſpenſatio
3 nem eius diſſolutio. 3 Vnde probabilis eſt illorũ opinio,licet minùs communis,qui aſſerunt uigen
4 te Moyſi lege,& viro uxorem repudiare, & 4 repu
5 diatæ iam mulieri alteri uiro nubere(5 non autem ad priorem reuerti,id enim expreſsè lex uetat) diuino conceſſu licitum fuiſse. Cæterùm in repudii
6 libello,qui uxori dabatur,cauſas(6 inter quas pro
7 xima erat uxoris odium) non quidem diſtinctè 7 & ſpeciatim,ſed generatim duntaxat ſcribi oportebat.

### Axioma xcix.

Sũma q. 68. trifariã diſtinctæ. Illegitimè nati.

1 1 Illos, qui ex uago & extra uerum matrimonium patrato concubitu naſcuntur,illegitimos uo-
2 cant, & ob iſtam infelicem naſcendi ſortem, ab 2 hæreditario in bona paterna plenè ſuccedendi iure nonnulliſque muneribus atque dignitatibus, & ci
3 uiles,& eccleſiaſticæ leges repellunt: 3 ita tamen ut multiplices iis ad dignitatem cõditionemque legitimorum filiorum perueniendi uias demonſtrent atque patefaciant.





## SCHEMA AUGUSTINI HUNNAEI, IN QUO NUMERUS, ORDO

*Et connexio earum Quæſtionum,quibus à B.Thoma Catholica de Sacramentis doctrina explicata eſt, ob oculos ponitur.*

Sacramẽtorũ tractat᷑ apud B. Thomã Aquinatem eſt bipartitus.

- In priori eius parte agitur de Sacramentis generatim,videlicet de
  - Natura & propria ratione Sacramenti in genere, quæſtione 60.
  - Neceſſitate ſacramentorum.61.
  - Effectibus Sacramentorum
    - effectu primario, qui eſt gratia. 62.
    - effectus ſecundario, qui eſt character.63.
  - Cauſa Sacramentorum.64.
  - Numero Sacramentorum.65.
- In altera parte agitur de Sacramẽtis ſigillatim nimirum de
  - Baptiſmo,ad cuius explicationẽ
    - Prius de ipſo Baptiſmo iſta quatuor quæſtionum genera tractantur.
      - de natura & propria ratione Baptiſmi 66.
      - quis ſit idoneus Baptiſmi miniſter.67.
      - de ſuſcipientibus baptiſmum.68.
      - de effectu baptiſmi. 69.
    - Deinde binæ quæſtiones de iis quæ præparationem ad Baptiſmũ continẽt, diſputantur
      - vna de Circunciſione. 70.
      - altera de catechiſmo & exorciſmo. 71.
  - Confirmatione,cuius explicatio vnica quæſtione in duodecim partes diſtributa abſoluitur.72.
  - Eucharistia, ad cuius explicationem iſta octo quæſtionum genera pertractantur, videlicet de
    - ipſo Sacramento Euchariſtiæ.73.
    - materia eius
      - ſpecie materiæ.74.
      - tranſſubſtantiatione panis & vini in corpus & ſanguinem Chriſti.75.
      - modo quo exiſtit Chriſtus in hoc Sacramento. 76.
      - accidentibus panis & vini. 77.
    - forma eiuſdem.78.
    - effectibus.79.
    - accipientibus Euchariſtiam.80.
    - de modo quo Chriſtus vſus eſt Euchariſtiæ Sacramento.81.
    - idoneo Euchariſtiæ miniſtro. 82.
    - ritu qui debet in iſto Sacramento ſeruari. 83.
  - Pœnitentiæ,cuius diſputationis ſex ſunt cap. de
    - pœnitentia ipſa
      - quatenus eſt Sacramentum.84.
      - quatenus eſt virtus.85.
    - effectu pœnitentiæ.
      - in remittẽdis peccatis lethalibus. 86.
      - in remittẽdis peccatis venialibus.87.
      - de reditu peccatorum ſemel remiſſorum.88.
      - quantum ad recuperationem virtutum.89.
    - partib. pœnitentiæ
      - In genere. 90.
      - Quæ ſequuntur ex Supplemento tertiæ partis ſunt deſumpta.
      - In ſpecie de
        - contritione.
          - quid ſit.1.
          - de quo eſſe debeat.2.
          - quanta eſſe debeat. 3
          - quanto tempore durare debeat.4.
          - de effectu eius.5.
        - cõfeſſione, de eius
          - neceſſitate.6.
          - natura & definitione.7.
          - miniſtro.8.
          - qualitate.9.
          - effectu.10.
          - ſigillo. 11.
        - ſatisfactione
          - quid ſit. 12.
          - an fieri poſſit.13.
          - qualis eſſe debeat. 14.
          - quibus rebus Deo ſatisfiat.15.
    - Suſcipientibus Pœnitentiæ Sacramentum. 16.
    - De miniſtrorũ poteſtatem ad claues pertinente, vbi agitur.
      - de clauibus nimirum de
        - ppria vi & natura clauiũ. 17
        - effectu earum. 18.
        - miniſtris clauium. 19.
        - his in quibus rectè claues exercentur.20.
      - excõmunicatione,videlicet de
        - eius propria vi & natura 21.
        - excõicante & excommunicato.22.
        - communicatione cum excõmunicato.23.
        - abſolutione ab excõmunicationis vinculo.24.
      - indulgẽtiis; videlicet.
        - de propria earum vi & natura.25.
        - in quibus ſit poteſtas eas elargiendi.26.
        - quib. indulgẽtiæ proſint. 27.
    - Publica & ſolenni pœnitentia.28.
  - Extrema vnctione cuius explicatio hæc quinque capita complectitur,
    - De iis quæ pertinent ad naturam, & primam inſtitutionem extremæ Vnctionis.29.
    - effectu extremæ Vnctionis. 30.
    - idoneo eius miniſtro. 31.
    - Cui impertiendum ſit iſtud Sacramentum,& in qua parte corporis adhibendum. 32.
    - Poſſit iterari necne iſtud Sacramentum.33.
  - Ordine,ad cuius declarationẽ de his quique capitibus differitur,
    - Ordine in genere, cuius capitis tres ſunt partes, videlicet de
      - propria natura & partibus Sacramenti Ordinis. Quæſtione 34.
      - effectu eius.35.
      - ſuſcipientibus Ordinẽ. 36.
    - Diſtinctione Ordinum.37.
    - Conferentibus Ordinem. 38.
    - Impedimento initiandorum. 39.
    - his quæ ſunt Ordinibus annexa. 40.
  - Matrimonio, cuius diſputationis tria sũt capita,hęc videlicet
    - Matrimonium quatenus eſt naturale officium. 41.
    - Matrimonium quatenus eſt Sacramentum. 42.
    - Matrimonium abſolutè & ſecũdum ſe conſideratum, ad cuius explicationẽ diſputatur de
      - Sponſalibus.43.
      - Matrimonii propria ratione.44.
      - Matrimonii cauſa efficiẽte, ſeu conſenſu
        - conſenſu in genere.45.
        - conſenſu iureiurando, vel corporum commixtione firmato.46.
        - conſenſu coacto & conditione reſtricto.47.
        - cõnſenſu obiecto.48.
      - Bonis quæ oriuntur ex matrimonio.49.
      - Matrimonii impedimẽtis, vbi agitur de
        - impedimentis in genere.50.
        - erroris impedimento. 51.
        - conditionis,ſeu ſeruitutis impedimento. 52.
        - voti & ordinis impedimento.53.
        - propinquitatis impedimento.54.
        - affinitatis impedimento.55.
        - cognationis ſpiritalis impedimento.56.
        - cognationis legalis, quæ per adoptionem fit, impedimento.57.
        - frigiditatis, maleficii, furiæ & amentiæ impedimento.58.
        - diſparitate cultus, quæ matrimonium impediat. 59.
        - Vxoris interfectione. 60.
        - voti ſolennis impedimento. 61.
        - fornicatione alterius coniugum.62.
      - Secundis nuptiis.63.
      - Quibuſdam quæ ſunt matrimonio annexa, videlicet de
        - debiti redditione. 64.
        - pluribus uxoribus. 65.
        - defectu, qui irregularitas vulgò appellatur,per bigamiam contracto.66.
        - libello repudii.67.
        - filiis illegitimè natis.68.

# ALPHABETICVS LOCORVM COMMVNIVM

*in hoc libello Tractatorum Index: cuius numeri non ad paginarum, ſed ad Axiomatum numeros referuntur.*


BAptiſmi natura & propria ratio. 7
Baptiſmi miniſter. 8
Baptiſmum ſuſcipientes. 9
Baptiſmi effectus. 10
CAtechiſmus & exorciſmus. 12
Circuncisio. 11
Clauium definitio, & diuiſio. 48
Clauium effectus. 49
Clauium miniſter. 50
Claues in quo exercendæ. 51
Confeſſio eiuſque neceſsitas. 37
Confeſsionis definitio. 38
Confeſsionis miniſter. 39
Confeſsionis qualitas. 40
Confeſsionis effectus. 41
Confeſsionis ſigillum. 42
Confirmationis Sacramentum. 13
Contritionis obiectum. 33
Contritio quanta eſſe debeat. 34
Contritionis tempus. 35
Contritionis effectus. 36
Contritionis natura & propria ratio. 32
DIuortium ob fornicationem alterutrius coniugum tempore Euangelii. 93
EVchariſtiæ Sacramentum. 14
Euchariſtiæ materia. 15
Euchariſtiæ is locus cõmunis vbi de transſubſtantiatione agitur. 16.
Euchariſtiæ is locus cõmunis ubi de modo quo Chriſtus eſt in Euchar. dicitur. 17
Euchariſtiæ is locus cõmunis ubi de panis & uini accidentib. tractatur. 18
Euchariſtiæ forma. 19
Euchariſtiæ effectus. 20
Euchariſtiæ ſumptio. 21
Euchariſtia quomodo vſus ſit chriſtus. 22
Euchariſtiæ miniſtes. 23
Euchariſtię ritus. 24
Excommunicationis vis atque definitio. 52
Excommunicare, & excommunicari quis poſſit. 53
Excommunicati conſortium eſſe fugiendum. 54
Excommunicati abſolutio. 55
Extremæ unctionis inſtitutio, materia, & forma. 60
Extremæ vnctionis effectus. 61
Extremæ unctionis miniſter. 62
Extrema vnctio quibus impertienda, & in qua parte corporis adhibenda. 63
Extremę unctionis iteratio. 64
ILlegitimè nati. 99
Indulgentiarum uis. 56
Indulgentiarum largitores. 57
Indulgentiæ quibus proſsint. 58
Irregularitas. 97
MAtrimonium ut eſt naturale officium. 72
Matrimonium ut eſt Sacramentum. 73
Matrimonii definitio. 75
Matrimonii conſenſus. 76
Matrimonii conſenſus iureiurando vel corporum commixtione firmatus. 77
Matrimonii conſenſus coactus & ſub conditione expreſſus. 78
Matrimonialis conſenſus obiectum. 79
Matrimonii bona. 80
Matrimonii impedimenta in genere. 81
Matrimonium impediens error. 82.
Matrimonium impediens ſeruitus. 83
Matrimonium impediens uotum & ordo. 84
Matrimonium impediens conſanguinitas. 85
Matrimonium impediens affinitas. 86
Matrimonium impediens cognatio ſpiritalis. 87
Matrimonium impediens cognatio ciuilis. 88
Matrimonium impediens frigida natura, maleficium, amentia, inceſtus, ætas immatura. 89
Matrimonium imped. ẽs cultus diſparitas. 90
Matrimonium impediens vxoris interfectio. 91
Matrimonium poſſe diſſolui voto ſolenni. 92
Matrimonialis debiti perſolutio. 95.
ORdinis definitio & partes. 65
Ordinis effectus. 66
Ordinem ſuſcipientium qualitas. 67.
Ordinum diſtinctio. 68
Ordinem conferens. 69
Ordinis impedimentum. 70
Ordinibus annexa. 71
PEccatorum ſemel remiſſorum reditus. 29
Pœnitẽtia ut eſt Sacramentum. 25
Pœnitentia ut eſt virtus. 26
Pœnitentiæ effectus in peccatis lethalibus delendis. 27
Pœnitentiæ effectus in uenialibus peccatis delendis. 28
Pœnitentiæ vis ad reparandas virtutes prius amiſſas. 30
Pœnitentiæ partes in genere. 31
Pœnitentiæ capaces qui ſint. 47
Pœnitentia ſolennis. 59
Polygamia. 96
REpudii libellus tempore legis Moſaicæ. 98
SAcramenti in genere natura & propria ratio. 1
Sacramentum neceſsitas. 2
Sacramentorum effectus principalis, qui eſt gratia. 3
Sacramentorum quorundam effectus ſecundarius, qui eſt character. 4
Sacramentorum cauſa ſeu auctor & miniſter. 5
Sacramentorum numerus. 6
Satisfactionis definitio. 43
Satisfacere hominem poſſe. 44
Satisfactionis qualitas. 45
Satisfactoria opera. 46
Secundæ nuptiæ. 94
Sponſalia. 74


FINIS.

*SVMMAM B. Thomæ Aquinatis; cum Illuſtriſs. D. Cardinalis Caietani Commentarijs Additione pro ſupplemento Tertiæ Partis; In librum Dionyſii de Diuinis Nominibus explanatione Caietani Opuſculis. Atque Auguſtini Vnnæi Doctoris Theologi, duobus libellis De Axiomatibus ſacramentorum, & de Doctrina Catholica, qui Cathechiſmus inſeribitur à grauiſſ. Theolog. viſam & approbatam, vti omnibus doctrinæ catholicæ ſtudioſis largè vtiliſſimam, impreſſione dignam cenſemus. Taurini Die 16. Septembris Anno à Natiuitate Domini. M. D. LXXX.*

Hieronymus Archiepiſcopus Taurinenſis.

*Frater Dionyſius Ciſlagus Mediolanenſis ord. prædic. Inquiſ. Taurini.*